1851. L5x ne vaut que LXX c. fr.

105 feuillets 11 pièces grandes peintures 11 pet. petites.
5 feuillets plus ancien Manuscrit [illegible]
[illegible]



catalogue imprimé page 27 n° 56.


56

HORAE B. V. M. AD USUM ROMANUM CUM CALENDARIO. [FRENCH]. MANUSCRIPT ON VELLUM, *written in bold* **gothic** *characters in red and black, 26-28 lines,* 110 *leaves,* TWO FULL-PAGE, SEVEN LARGE AND SEVEN RATHER SMALLER MINIATURES, *twelve others in the calendar, each divided into two compartments, with the occupations of the month on the left and the signs of the Zodiac on the right, seven small miniatures, seven pages within remarkable architectural borders, decorated with Cupids, a naked boy playing with a wyvern, others climbing columns, a faun blowing a horn and dancing before a nymph, two snails supporting pillars, other pillars supported by a child and a bear, an ostrich, apes, butterflies, etc., all the remainder (except the last five leaves) within borders, some with birds, animals and insects, large and small initials in gold and colours, calendar in red and black, original stamped calf over wooden boards, back mended, g. e.* 4*to.* (255 *mm. by* 170 *mm.*) *Early* XVI CENT.

A VERY FINELY DECORATED MANUSCRIPT IN VERY GOOD CONDITION. The full-page miniatures represent the Martyrdom of S. John and a corpse on a bier surrounded by monks and nuns. Other illustrations are Joseph of Arimathaea relieving Christ of the cross, the Flight into Egypt, with Joseph drinking from a flask, and Bathsheba bathing in a formal flower garden bounded by a rustic fence, and wearing a gold cross hanging from a chain round her neck. Opposite the picture of the Annunciation is a portrait of N. Champion d'Auxerre (or d'Avalon) with his arms (gules, a wild man with club and shield or) and on the first page is painted an orange-tree bearing two shields, that on the left with the Champion arms as above, that on the right with the Minard arms (sable, a cat seated argent). These two coats also appear impaled on a shield opposite the portrait. On the fly-leaf is a note of ownership in an early hand: "Iste heure (*sic*) pertinent Stephano Thyrion Receptore de mōte Regali."

Collins No. 12


27 m



Eng. on Wood by Timothy Cole 1928

12

Iste heure pertinent Stephano
Chyrion receptore de mōte regali



Minard

famille d'Auxerre ou d'Avalon
a appartenu a la famille Champion

Almanach pour vingt deux ans.

Numer' ani.	Pascha.	Aure' numer'	Lra. do.	Bissext'
ccccc xviii	iiii aprilis	xviii	C	
ccccc xix	xxiiii april'	xix	B	
ccccc xx	viii aprilis	i	A	G
ccccc xxi	ultiā mart.	ij	F	
ccccc xxii	xx aprilis	iii	E	
ccccc xxiii	v aprilis	iiii	D	
ccccc xxiiii	xxvii mar	v	C	B
ccccc xxv	xvi aprilis	vi	A	
ccccc xxvi	Priā april'	vii	G	
ccccc xxvii	xxi aprilis	viii	F	
ccccc xxviii	xii aprilis	ix	E	D
ccccc xxix	xxviii mar	x	C	
ccccc xxx	xvii aprilis	xi	B	
ccccc xxxi	ix aprilis	xii	A	
ccccc xxxii	xxiiii mar	xiii	G	F
ccccc xxxiii	xiii aprilis	xiiii	E	
ccccc xxxiiii	v aprilis	xv	D	
ccccc xxxv	xxviii mar	xvi	C	
ccccc xxxvi	ix aprilis	xvii	B	A
ccccc xxxvii	Priā april'.	xviii	G	
ccccc xxxviii	xxi aprilis	xix	F	
ccccc xxxix.	vi aprilis.	i	E	



KL Januarius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

iii	A	Circūcisio
	b	Oct. scti stephani
xi	c	Oct. scti iohānis
	d	Oct. innocentium
xix	e	Vigilia
viii	f	Epyphania
	g	
xvi	A	
v	b	
	c	Pauli heremite
xiii	d	Sol in aquario.
ii	e	
	f	Oct. epyphanie
x	g	
	A	Mauri abba
xviii	b	
vii	c	Anthonii
	d	Prisce virginis
xv	e	
iiii	f	Sebastiani
	g	Agnetis virg.
xii	A	Vincentii martiris
i	b	Emerentiane
	c	Thimothei.



ix	d	Conuersio pauli
	e	Policarpi
xvii	f	Juliani epi
vi	g	Agnetis scdo
	A	
xiiii	b	Batildis
iii	c	Cirici et iohānis

KL Februarius habet dies. xxviii.
Luna vero xxix

	d	Ignacij epi
xi	e	Purificatio marie
xix	f	Blasij epi.
viii	g	Gilberti cōfessoris
	A	Agathe v̄ginis
xvi	b	Dorothee v̄ginis
v	c	
	d	
xiii	e	Apolonie v̄ginis
ii	f	Scolastice v̄ginis
	g	Sotheris pape
x	A	
	b	Fulcranni
xviii	c	
vii	d	Faustini et io.
	e	Juliane v̄ginis
xv	f	



iii	g	
	A	
xi	b	
i	c	
	d	Cathedra petri
ix	e	Vigilia.
	f	Mathie apli.
xvii	g	
vi	A	
	b	
xiiii.	c	
KL		Martius habet dies. xxxi. Luna vero. xxix.
iii	d	Albini
	e	
xi	f	
	g	Adriani mar.
xix	A	
viii	b	
	c	Perpetue et felicitat.
xvi	d	
v	e	xl. martyrum
	f	
xiii	g	Sol in ariete
ii	A	Gregorii pape.
	b	



x	c	
	d	Longini martyris
xviii	e	
vii	f	
	g	
xv	A	
iiii	b	
	c	Benedicti abbatis
xii	d	
i	e	
	f	
ix	g	Annunciatio marie.
	A	
xvii	b	Ruperti epi.
vi	c	
	d	Quintini martyris
xiiii	e	
iii	f	Sabine virginis

KL Aprilis habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

	g	
xi	A	
	b	
xix	c	Ambrosii epi.
viii	d	
xvi	e	

v	f	Eufemie virginis
	g	Marie egiptiace
xiii	A	
ii	b	
	c	Sol in tauro.
x	d	
	e	
xviii	f	Tyburcij martyris.
vii	g	Helene virginis
	A	Ysidori martyris
xv	b	Aniceti pape
iiii	c	
	d	
xii	e	
i	f	
	g	Sotheris
ix	A	Georgij martyris
	b	
xvii	c	Marci euangeliste
vi	d	Cleti pape
	e	
xiiii	f	Vitalis martyris
iii	g	Petri martyris
	A	Sigismundi



Mayus habet dies. xxxi.
Luna vero. xxix.

xi	b	Philippi z ia.
	c	
xix	d	Inuentio crucis
viii	e	Floriani mart.
	f	Gothardi
xvi	g	Johãnis ante portã latinã
v	A	
	b	Apparitio michaelis
xiii	c	
ii	d	Gordiani
	e	
x	f	Sol in gemini
	g	
xviii	A	Bonifacij
vii	b	Ysidori mart.
	c	
xv	d	Translatio bernardi
iiii	e	
	f	Potentiane ꝟginis
xii	g	Bernardi
i	A	
	b	Helene regine
ix	c	Desiderij epi̅
	d	



xvii	e	Vrbani pape
vi	f	Eleutherij
	g	Johannis pape
xiiii	A	
iii	b	
	c	Felicis
xi	d	Petronille virginis
KL		Junius habet dies. xxx.
		Luna vero. xxix
	e	Justini presbiteri
xix	f	Marcellini
viii	g	
xvi	A	
v	b	Bonifacij pape
	c	
xiii	d	
ii	e	Medardi cõfessoris
	f	Primi et feliciani
x	g	
	A	Barnabe apli
xviii	b	Basilidis mart.
vii	c	Anthonij confess
	d	
xv	e	Viti et modesti
iiii	f	
	g	



xii	A	Marcelliani
i	b	Geruasii
	c	Siluestri pape
ix	d	
	e	Paulini epi
xvii	f	Vigilia.
vi	g	Natiuitas iohannis
	A	Amandi epi
xiiii.	b	Johannis et Pauli
iii	c	
	d	Vigilia
xi	e	Petri et pauli
	f	
KL		Julius habet dies. xxxi. Luna vero xxx.
xix	g	Oct' iohannis
viii	A	Processi martir.
	b	
xvi	c	Traslatio martini
v	d	
	e	Hic incipiunt dies caniculares
xiii	f	
ii	g	
	A	
x	b	Rufine virginis
	c	Pii pape & martiris



xviii	d	Naboris et fe.
vii	e	Donati martyris
	f	Sol in leone.
xv	g	
iiii	A	
	b	Alexij confessoris
xii	c	Simphorose
i	d	
	e	Margarete
ix	f	Victoris martyris
	g	Marie magdalene
xvii	A	Apolinaris
vi	b	Vigilia
	c	Jacobi apli
xiiii	d	Anne matr.
iii	e	Septem dormientiū
	f	Nazarii martyris
xi	g	Marthe virginis
	A	Abdon et sennes
xix	b	
	KL	Augustus habet dies. xxxi. Luna vero. xxx.
viii	c	Vincula petri
xvi	d	Stephani
v	e	Inventio stephani
	f	Justini presbiteri.

xiii	g	Maria de niuibus
ii	A	Transfiguratio dñi
	b	Donati espiscopi
x	c	Ciriaci et sociorũ ei⁹.
	d	Romani martiris
xviii	e	Laurentij martiris
vii	f	Tyburtij & sci.
	g	Clare virginis
xv	A	Ipoliti martiris
iiii	b	Vigilia
	c	Assũptio marie
xii	d	Rochonis
i	e	Oct. laurentij
	f	Agapiti martiris
ix	g	Ludouici epi
	A	Bernardi
xvii	b	Priuati martiris
vi	c	Oct. bte marie.
	d	Vigilia.
xiiii	e	Bartholomei.
iii	f	Ludouici regis
	g	Seuerini pape.
xi	A	
	b	Augustini epi
xix	c	Decollatio iohis
viii	d	Felicis et au.
	e	

KL September habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

xvi	f	Egidij abbatis
v	g	Anthonij
	A	
xiii	b	Moysi confessoris
ii	c	
	d	Eugenij epi
x	e	
	f	Natiuitas marie
xviii	g	Gorgonij martyris
vii	A	Saluij epi
	b	Prothi et iacinti
xv	c	Maximiani
iiii	d	Mauricij
	e	Exultatio cru.
xii	f	Nicomedis
i	g	Eufemie virginis
	A	Lamberti epi
ix	b	Victoris
	c	
xvii	d	Vigilia
vi	e	Mathei apli.
	f	Mauricij
xiiii	g	Lini pape
iii	A	
	b	Firmini epi
xi	c	Cypriani





	d	Cosme et damiani
xix	e	
viii	f	Michaelis
	g	Hieronymi
		October habet dies. xxxi
		Luna vero. xxx.
xvi	A	Germani epi
v	b	
xiii	c	
ii	d	Francisci confessoris
	e	
x	f	Fidis virginis
	g	Marci pape
xviii	A	
vii	b	Dyonisii
	c	Cerbonij
xv	d	Nicasii
iiii	e	
	f	Geraldi confessoris
xii	g	Calixti pape
i	A	
	b	
ix	c	
	d	Luce euãgeliste
xvii	e	
vi	f	Caprasij martyris.



	g	Undecim milia virginum
xiii	A	
iii	b	
	c	
xi	d	Crispini
	e	Euaristi pape
xix	f	Vigilia.
viii	g	Symonis z iude
	A	
xvi	b	
v	c	
		November habet dies. xxx.
		Luna vero. xxix.
	d	Oim̄ sanctoꝝ
xiii	e	Cōmemoratio aīarum
ii	f	Restituti
	g	Amanti epi
x	A	
	b	Leonardi confessoris
xviii	c	
vii	d	Quatuor coronatoꝝ
	e	Theodori martiris
xv	f	
iiii	g	Martini epi
	A	Translatio martini
xii.	b	Bricij epi

i	c	
	d	
ix	e	
	f	Gregorij pape
xvii	g	Romani epi
vi	A	Elizabeth
	b	Stephani
xiiii	c	Columbani
iii	d	Cecilie vginis
	e	Clementis
xi	f	Grisogoni
	g	Katherine vgis
xix	A	Lini pape
viii	b	Agricole
	c	
xvi	d	Vigilia
v	e	Andree apli.

KL December habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

	f	Eligij epi
xiii	g	Bibiane vginis
ii	A	
x	b	Barbare virginis
	c	Sabbe abbatis
xviii	d	Nicolai epi
vii	e	Ambrosij



	f	Conceptio marie
xv	g	
iiii	A	Eulalie v̄ginis
	b	Damasi pape
xii	c	Sol in capricorno
i	d	Lucie v̄ginis
	e	
ix	f	
	g	O sapientia
xvii	A	Lazari episcopi
vi	b	
	c	
xiiii	d	Vigilia
iii	e	Thome
	f	
xi	g	
	A	Vigilia.
xix	b	Natiuitas dn̄i
viii	c	Stephani
	d	Johannis
xvi	e	Sctor innocentum
v	f	Thome archiep̄i
	g	
xiii	A	Siluestri pape.


S · IEHAN · EVVANGELISTE ·

Initium sancti euangelii. Secundum
Johannem. Gloria tibi domine.

In principio erat uerbum et uerbum
erat apud deum & deus erat uerbum.
Hoc erat in principio apud deum. Omnia per
ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil.
Quod factum in ipso uita erat et uita erat lux ho
minum et lux in tenebris lucet et tenebre eam
non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo
cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testi
monium ut testimonium perhiberet de lumi
ne: ut omnes crederent per illum. Non erat il
le lux sed ut testimonium perhiberet de lumine
erat lux uera que illuminat omnem hominem ue
nientem in hunc mundum. In mundo erat &
mundus per ipsum factus est. et mundus eum non
cognouit. In propria uenit & sui eum non recepe
runt. Quotquot autem receperunt eum dedit
eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt
in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neque
ex uoluntate carnis: neque ex uoluntate uiri
sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est
et habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et ue
ritatis. Deo gratias. Te inuocamus te adora
mus te laudamus te glorificamus o beata tri



uitas. ℣. Sit nomen dñi bñdictũ ℟. Ex hoc
nunc et usqꝫ in seclm. Oremus.
Protector in te sperantium deus sine quo
nichil est ualidũ nichil sctm multipli
ca super nos miam tuã ut te rectore te duce
sic transeamus per bona temporalia ut nõ a
mittamus eterna. Per xpm dnm nrm. Amē.

Sequentia sancti euangelij secundum
Lucam. Gloria tibi domine.



In illo tempore.
Missus est ga
briel angelus a deo in ciui
tatem galilee cui nomen
nazareth ad uirginem des
ponsatam uiro cui nomen
erat ioseph de domo dauid
et nomen uirginis maria. Et ingressus angelꝰ
ad eam dixit. Aue grã plena dñs tecũ bene
dicta tu in mulieribus. Que cũ audisset tur
bata est in sermone eius et cogitabat qualis
esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne
timeas maria inuenisti eim gratiã apud do
minũ. Ecce concipies in utero et paries filium:
et vocabis nomen eiꝰ iesum. Hic erit magnꝰ
et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi
dñs deus sedem dauid pris eius et regnabit

in domo iacob ineternum et regni eius non erit
finis. Dixit aūt maria ad angelum. Quo
modo fiet istud qm̄ virū non cognosco. Et re
spondens angelus dixit ei. Spūssanctus su
perueniet in te et vtus altissimi obumbrabit
tibi. Ideoqz et quod nascetur ex te sanctum uo
cabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata
tua et ipa cōcepit filiū in senectute sua. Et
hic mēsis est sextus illi que uocatur sterilis
quia non erit impossibile apud deū oē vbuz.
Dixit aūt maria. Ecce ancilla dn̄i. fiat mi
chi scdm̄ vbū tuū. Deo grās. Sequētia scī e
uangelij secundū matheū. Glā tibi domine.



In illo tēpore. Cum
natus esset iesus in
bethleem iude: in diebus he
rodis regis ecce magi ab ori
ente venerunt hierosolimā
dicentes. Ubi est qui nat'
est rex iudeorum. Vidimus
enim stellam eius in oriente
et venimus cum muneribus adorare eum. Au
diens aūt herodes rex turbatus est: et omnis hie
rosolima cum illo. Et cōgregans omēs princi
pes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur
ab eis ubi xp̄s nasceretur. At illi dixerunt ei.

In bethleē iude. Sic eīn scriptū est per prophetā.
Et tu bethleem terra iuda nequaq̄ minima es
in principibus iuda. ex te eīn exiet dux qui regat
populū meū israel. Tunc herodes rex clam voca
tis magis diligenter didicit ab eis tempus stel
le que apparuit eis. Et mittens eos in bethleem
dixit. Ite et interrogate diligenter de puero.
Et cum inueneritis renūciate michi: ut et
ego veniens adorem eum. Qui cū audissent
regem abierunt. Et ecce stella quā viderant
in oriente antecedebat eos usq̄ dū veniens
staret supra ubi erat puer. Videntes autem
stellam magi gauisi sunt gaudio magno
valde. Et intrantes domū inuenerunt puerū
cū maria matre eius. Et procidentes adorauerunt
runt eum. Et apertis thesauris suis obtulerūt
ei munera: aurum thus et mirram. Et respō
so accepto in sōnis ne redirent ad herodem per
aliam viam reuersi sunt in regionem suam.
Deo grās. Sequentia sancti euangelij
secundum Marcum. Gloria tibi dn̄e.



In illo tempore. Re
cūbentibus undecim
discipulis apparuit illis ihūs
et exprobrauit incredulitatē
illorū et duriciam cordis: quia

his qui viderant eum resurrexisse non credide
rant: Et dixit eis. Euntes in mundū vniuer
sum predicate euāgeliū omni creature. Qui
crediderit et batizatus fuerit saluus erit. Qui
vero non crediderit cōdēnabitur. Signa aūt
eos qui crediderint hec sequentur. In noīe meo
demonia eicient linguis loquentur nouis. ser
pentes tollent: et si mortiferum quid biberint
non eis nocebit. Super egros manus impo
nent et bene habebunt. Et dn̄s quidem iesus
postq̄ locutus est eis assumptus est in celum
et sedet a dextris dei. Illi aūt profecti predica
uerunt vbiq3 dn̄o cooperante et sermonē con
firmante sequentibus signis. Deo gratias.

Sensuyt vne moult deuote oraison de sainct
Augustin a dire a nr̄e seigneur iesucrist.

Deus propicius esto michi peccatori et cu
stos mei oībus diebus vite mee. Deus a
braham. Deus ysaac. Deus iacob. Miserere
mei: et mitte in adiutoriū meum michaelem ar
changelum qui me defendat ab oībus inimicis
meis. Sancte michael archangele defende me
in periculo ut non peream in tremendo iudicio.
Archangele dei michael per grām quā meruisti
te deprecor per unigenitum filium dei dnm nos
trum iesum xp̄m ut eripias me hodie et omni

tempore a periculo mortis. Sancte gabriel Sãc
te raphael. Om̃s sancti angeli et archangeli
succurrite michi. precor uos omnes v̾tutes ce
loꝝ. ut detis michi consilium et sũmam potẽ
tiam ut nullus inimicus me cõdemnare pos
sit. Nec in via amen. Nec in cõuiuio. Nec ĩ
domo amen. Nec extra domũ amen. Nec in
aqua amen. Nec in igne amen. Nec morte
subitanea. Nec me dormientem. Ecce crucẽ
dñi fugite partes aduerse. vicit leo de tribu iu
da ex stirpe yesse radix dauid. alleluya. Salua
tor mundi salua me qui me per crucem et sãgui
nem tuũ redemisti auxiliare michi deus meus.
Agyos. Agyos. Agyos. Crux xp̃i salua me.
Crux xp̃i protege me. Crux xp̃i defende me. In
nomine p̃ris et filij et sp̃us sancti. Amen. Pas
sio dñi nr̃i ihũ xp̃i secundum. Johannem.



Egressus est dñs
iesus cũ discipu
lis suis trans
torrentem cedro ubi erat
ortus in quẽ introiuit ip
se et discipuli eius. Sci
ebat aũt et iudas qui
tradebat eũ locum: quia
frequenter iesus cõue

nerat illuc cum discipulis suis. Judas ergo cum
accepisset cohortem a pontificibus et phariseis mi
nistros venit illuc cum laternis et facibus et ar
mis. Jesus itaq3 sciens omnia que ventura erat
super eum processit et dicit eis. Quem q̄ritis.
Responderunt ei. Jesum nazarenū. Dicit eis Je
sus. Ego sum. Stabat aūt et iudas qui trade
bat eū cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sū abie
runt retrorsum et ceciderunt in terram. Iterum
ergo interrogauit eos. Quē q̄ritis. Illi aūt dixe
runt. Jesum nazarenū. Respondit iesus. Dixi
vobis quia ego sum. Si ergo me q̄ritis sinite
hos abire. Ut impleretur sermo quē dixit quia
quos dedisti michi nō perdidi ex eis quēq̄. Si
mon ergo petrus habens gladiū eduxit eum &
percussit pontificis seruū et abscidit auriculā
eius dextram. Erat autē nomen seruo malch⁹.
Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiū tuum
in vaginam. Calicem quem dedit michi pr̄
nō vis ut bibam illum. Cohors ergo et tribu
nus et ministri iudeoꝝ. cōprehenderunt iesum
et ligauerunt eum et adduxerunt eum ad ā
nam primum. Erat eīn socer caȳphe qui erat
pontifex ānī illius. Erat aūt cayphas qui cō
silium dederat iudeis quia expedit vnum homi
nem mori pro populo. Sequebatur aūt iesum

Symon petrus et alius discipulus. Discipulus
autem ille erat notus pontifici. Et introiuit
cum iesu in atrium pontificis. Petrus autem
stabat ad hostium foris. Exiuit ergo discipu
lus alius qui erat notus pontifici et dixit hosti
arie et introduxit petrum. Dicit ergo petro
ancilla hostiaria. Nunquid et tu ex discipu
lis es hominis istius. Dicit ille. Non sum.
Stabant autem serui et ministri ad prunas
quia frigus erat et calefaciebant se. Erat aũt
cum eis et petrus stans et calefaciens se. Pon
tifex ergo interrogauit iesum de discipulis
suis et de doctrina eius. Respondens iesus dixit.
Ego palam locutus sum mundo. Ego sẽper
docui in sinagoga et in tẽplo quo oẽs iudei cõ
ueniunt et in occulto locutus sum nichil.
Quid me interrogas. Interroga eos qui au
dierunt quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt
que dixerim ego. Hec aũt cum dixisset unus
assistens ministrorum dedit alapam iesu di
cens. Sic respondes pontifici? Respondit iesus.
Si male locutus sum testimoniũ perhibe de
malo. Si aũt bene quid me cedis? Et misit
eum ãnas ligatum ad caypham pontificem.
Erat aũt symon petrus stans et calefaciens se.
Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis

eius es. Negauit ille et dixit. Non sum. Di
xit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius
cuius abscidit petrus auriculā . . Nōne ego
te vidi in orto cum illo. Iterum . . nega
uit petrus et statim gallus cantauit. Adducunt
ergo iesum ad caypha in pretorium. Erat aūt
mane et ipsi non introierunt in p̄torium ut
non cōtaminarentur sed manducarent pascha.
Exiuit ergo pylatus ad eos foras et dixit Quā
accusationem affertis aduersus hominem hunc.
Responderunt et dixerunt. Si non esset hic
malefactor non tibi tradidissemus eum. Di
xit ergo eis pylatus. Accipite eum vos et sc̄dm
legem vr̄am iudicate eum. Dixerunt ergo ei
iudei. Nobis non licet interficere quēq̄. Ut
sermo iesu īpleretur quem dixit significans
qua morte esset moriturus. Introiuit ergo
iterum in p̄torium pilatus et vocauit iesum
et dixit ei. Tu es rex iudeorum. Respondit ei ie
sus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerūt
de me. Respondit pilatus. Nun ego iudeus sū.
Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mi
chi. Quid fecisti. Respondit iesus. Regnum
meum non est de hoc mūdo: si ex hoc mundo
esset regnū meū: ministri mei vtiq̄ decertarēt
vt non traderer iudeis. Nūc aūt regnum meū
non est hinc. Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo

rex es tu. Respondit iesus. Tu dicis quia rex
sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni
in mundum [illegible] ut testimoniū perhibeam verita
ti. Omis [illegible] qui est ex veritate audit vocem meā.
Dixit ei pilatus. Quid est veritas? Et cū hoc
dixisset iterum exiuit ad iudeos et dixit eis.
Ego nullam īuenio in eo causam. Est autem
consuetudo vobis ut vnū dimittam vobis in
pascha. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeo
rum? Clamauerunt rursum om̄s dicentes. Nō
hunc sed barrabam. Erat aūt barrabas latro.
Tunc apprehendit pilatus iesum et flagellauit.
Et milites plectantes coronā de spinis īposue
runt capiti eius et veste purpurea circūdederūt
eum et veniebant ad eū et dicebant. Aue rex iudeo
rum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterū pilat⁹
foras et dixit eis. Ecce adduco vobis eū foras
vt cognoscatis quia in eo nullā causam īuenio.
Exiuit ergo iesus portans coronā spineā et pur
pureum vestimentum dixit eis pilatus. Ecce ho
mo. Cum ergo vidissent eū pontifices et mini
stri clamabant dicentes. Crucifige crucifige
eum. Dixit eis pilatus. Accipite eū vos et cru
cifigite. Ego eīn non īuenio in eo causam.
Responderunt ei iudei. Nos legē habemus et se
cundū legē debet mori quia filium dei se fecit.
Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem

magis timuit. Et ingressus est in p̄toriū iterum
et dixit ad iesum. Unde es tu. Jesus autem res
ponsum non dedit ei. Dixit ergo eis pilatus.
Michi non loq̄ris? Nescis quia potestatem ha
beo crucifigere te et potestatem habeo dimittere
te? Respondit iesus. Non haberes potestatem ad
uersum me ullam nisi tibi datum esset de super.
Propterea qui tradidit me tibi maius pecca
tum habet. Et exinde q̄rebat pilatus dimittere
eum. Judei aūt clamabant dicentes. Si hūc
dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim
qui se regem facit contradicit cesari. Pila
tus autem cum audisset hos sermones addu
xit iesum foras et sedit pro tribunali in loco
dicitur licostratos hebraice aūt gabatha. E
rat aūt parasceue pasche hora quasi sexta.
Et dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem cla
mabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit
eis pilatus. Regem vr̄m crucifigam? Responde
runt pontifices. Non habemus regē nisi cesarē.
Tunc ergo tradidit illis eis illum ut crucifi
geretur. Susceperunt aūt iesum et eduxerūt
et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicit᷑
caluarie locū hebraice golgotha ubi eum cru
cifixerunt et cum alios duos hinc et hinc: medi
um aūt iesum. Scripsit aūt et titulum pilat᷒
et posuit super crucem. Erat aūt scriptum.

Jesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulum
multi legerunt iudeoꝝ: qꝫ prope ciuitatē erat
locus ubi crucifixus est iesus. Et erat scriptū
hebraice grece et latine. Dicebant ergo pilato
pontifices iudeoꝝ. Noli scribere rex iudeorū:
sed quia ip̄e dixit rex sum iudeoꝝ. Respondit
pilatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo
cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta
eius et fecerunt quattuor partes vnicuiqꝫ mi
liti partem et tunicā. Erat aūt tunica incō
sutilis desuper contexta per totum. Dixerunt
ergo ad inuicem. Non scindamus eam sed sor
tiamur de illa cuius sit: ut scriptura impleret᷑
dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi et in
vestem meā miserunt sortem. Et milites quidē
hec fecerunt. Stabant autē iuxta crucem ih̄u
mater eius et soror matris eius maria cleophe:
et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus
matrē et discipulum stantem quem diligebat
dixit m̄ri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde
dixit discipulo. Ecce m̄r tua. Et ex illa hora
accepit eam discipulus in suā. Postea sciens
iesus quia iam omnia cōsūmata sunt ut cō
sūmaretur scriptura dixit. Sitio. Uas ergo
positum erat aceto plenum. Illi autem spon
giam plenam aceto ẏsopo circumponentes obtu
lerunt ori eius. Cum ergo accepisset iesus

acetum dixit. Consummatum est. Et incli
nato capite tradidit spiritum. Iudei ergo quo-
niam parasceue erat ut non remanerent in
cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies
ille sabbati: rogauerunt pilatum ut frange
rentur eorum crura et tollerentur. Venerunt
ergo milites et primi quidem fregerunt cru
ra et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad
iesum autem cum venissent ut viderunt eum
iam mortuum non fregerunt eius crura: sed
vnus militum lancea latus eius aperuit. Et
continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit
testimonium perhibuit et verum est testimonium
eius. Et ille scit quia vera dicit ut et vos cre
datis. Facta sunt enim hec scriptura impleretur.
Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scri
ptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt
Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab ari
mathia eo quod esset discipulus iesu occultus
autem propter metum iudeorum [illegible] ut tol
leret corpus iesu. Et permisit pylatus. Ve
nit ergo autem et nichodemus qui venerat ad ie
sum nocte primum ferens mixturam mirre et alo
es quasi libras centum. Acceperunt ergo
corpus iesu et ligauerunt eum linteis cum
aromatibus sicut mos iudeis sepelire. Erat
autem in loco ubi crucifixus est ortus et in orto

monumentū nouum in quo nondum quisq̄
positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuem iu
deorum: quia iuxta erat monumentū posuerunt ihm.
Deo gratias. Oremus.
Deus qui manus tuas et pedes tuos
et totum corpus tuū pro nobis peccatori
bus in ligno crucis posuisti: et coronam spi
neam a iudeis in despectu tui sacratissimi no
minis super caput tuū īpositam sustinuisti
et quinq̄ vulnera pro nobis peccatoribus in li
gno crucis passus fuisti. Da nobis hodie et
quotidie usum penitentie: abstinētie: patien
tie: humilitatis: castitatis: lumen sensuum: et in
tellectū et purā conscientiam usq̄ in finem.
Jesu xpe saluator mundi: qui cum p̄re et spi
ritu sancto viuis et regnas deus. Per oīa
secula seculorum. Amen.

Oratio deuotissima ad beatissimā
virginem dei genitricem mariam.



Obsecro te dn̄a
sancta maria
mater dei pie
tate plenissima sūmi
regis filia mater glo
riosissima: mr̄ orphano
rum: consolatio desola
torum: via errantium: sal'

oīm in te sperantiū. Virgo ante partū. Virgo
in partu et ūgo post partum. Fons misericordie:
fons salutis et grē: fons consolationis et in
dulgentie: fons pietatis et leticie. Per illaz
sanctam ineffabilem leticiam qua exultauit
spūs tuus in illa hora quando tibi per gabrielē
archangelū ānunciatus et conceptus filius
dei fuit. Et per illud diuinum quod tunc
operatus est spūssanctus. Et per illam inef
fabilem grām pietatem miām amorem et
humilitatem per quas filius tuus descendit
accipere humanam carnem in venerabilis
simo utero tuo. Et in quibus te respexit
quando te cōmendauit sancto iohāni aposto
lo et euangeliste: et qn̄ te exaltauit super cho
ros angelorum. Et per illam sanctā ineffabi
lem humilitatem in qua tu respondisti ar
changelo gabrieli. Ecce ancilla dn̄i. fiat
michi scd̄m verbū tuū. Et per gloriosissi
ma quindecim gaudia que habuisti de filio
tuo dn̄o nr̄o iesu xp̄o. Et per illam sāctaz
et maximam cōpassionem et acerbissimū
cordis dolorē quē habuisti quādo filium
tuū dn̄m nr̄m iesum xp̄m ante crucem
nudatum et in ipsa leuatum vidisti ~~pendē~~
pendentem crucifixum vulneratū sitientē
fel apponi clamantem audisti et morien

tem vidisti. Et per quinq; vulnera filij tui
et per cōtractionem viscerū tuor; pre nimio
dolore vulnerū suor;. Et per dolorem quē
habuisti qñ vidisti eum vulnerari. Et per
fontes sanguinis sui et per oēm passionē
eius: et per oēm dolorem cordis tui: et per
fontes lachrimarum tuar;: ut cū oībus sāc
tis et electis dei venias et festines in auxiliū
et consiliū meū: in oībus orōnibus et reque
stis meis: et in oībus angustijs ~~meis~~ et ne
cessitatibus meis. Et in oībus illis rebus
in quibus ego sum facturus locuturus aut
cogitaturus oībus diebus ac noctibus ho
ris atq; momentis vite mee. Et michi fa
mulo tuo īpetres a dilecto filio tuo v̄tutum
oīm cōplementum cū omni misericordia &
cōsolatione: omni cōsilio et adiutorio: oī
benedictione et sanctificatione: omni sal
uatione pace et prosperitate: omni gaudio
et alacritate: etiam abūdantiam oīm bono
rum spiritualium et corporalium. Et grām
sancti spūs qui me bene per omnia disponat
aīam meā custodiat corpus meū regat: mē
tem erigat: mores cōponat: actus probet vota
et desideria mea perficiat: cogitationes sanc
tas instituat: preterita mala indulgeat: pre
sentia emendet et futura moderetur. Vitā

honestam et honorabilem michi tribuat: fi
dem spem et caritatem castitatem humili
tatem et patientiam michi prestet. Quinqz
sensus corporis mei regat et protegat: septē
opera misericordie cōplere me faciat. Duo
decim articulos fidei et decem precepta legis
firmiter tenere et credere me faciat. Et a
septem pctīs criminalibus me liberet et defē
dat usqz in finem. Et in novissimis dieb9
meis ostende michi faciem tuā et annuncies
michi diem et horā obitus et mortis mee.
Et hanc orōnem supplicem suscipias et ex
audias et vitā eternam michi tribuas. Au
di et exaudi me dulcissima v̄go maria ma
ter dei et misericordie. Amen.

Alia orō devotissima ad beatam vir
ginem dei genitricem mariam.



O intemerata et
in eternum bene
dicta singula
ris atqz incōparabilis
virgo dei genitrix ma
ria gratissimū dei tem
plum spiritussancti sa
crarium ianua regni ce
lor per quem post deuz
totus vivit orbis terrarum. De te eīn virige

nitus dei filius verus et omnipotens deus suam sanctissimam fecit matrem. Assumens de te illam sanctissimam carnem per quem mundus qui perditus fuerat saluatus est: cuius pre ciosissimo sanguine suo ipse mundus redemp tus est et peccata remissa sunt formans eam in preciosissimo utero tuo de preciosissimo sangui ne tuo: veniens eam eterne et incommutabili diuinitati sue a quo bona cuncta procedunt per quem omnia facta sunt. Quem adoro: qui sacratissimam carnem suam cum preciosissimo sanguine suo dat quotidie fidelibus tuis sub forma panis et vini in cibum viaticum ad refec tionem animarum salutarem et vitalem: quam qui digne manducauerit vitam eternam ha bebit: qui autem indigne manducauerit iudi cium sibi manducat et bibit sicut plures feci. Mea culpa: mea culpa: mea grauissima culpa Qui autem non manducauerit non habebit vitam eternam et propterea merito dicimus tibi: quia per te post deum totus viuit orbis terrarum. Per hanc fidem te deprecor dei ge nitrix et perpetua virgo semper maria incli na aures tue pietatis indignis supplica tionibus meis et esto michi miserrimo pec catori pia et propicia in omnibus auxiliatrix ro gans pro me apud fontem pietatis et mi

creatorem et redemptorem dñm nrm iesum
xpm filium tuum verum et omnipotẽtem
deum a quo bona cuncta procedunt per quẽ
oĩa facta sunt. Qui non vult mortẽ pecca
toris: sed ut magis cõvertatur et vivat. cui
propriũ est misereri semper et parcere: fac ut
ipse per ineffabilẽ misericordiã suã meritis
et peꝛcibus tuis absolvat me ab omnibus pecca
tis per que ei displicui: tribuens michi verã
humilitatẽ/ veram mãsuetudinẽ grãm et o
bedientiam fidei spei et caritatis augmentũ
cum perseverantia: custodiens me a recidivo
peccati et a temptatiobus demonum mũdi et car
nis: ita ut non ãplius serviã demonibus qui
bus servivi in multitudinibus scelerum meoꝝ
videlicet in superbia: vana gloria: cupiditate:
invidia: ira: gula: accidia: luxuria: et negligẽ
tiis infinitis: et alijs multis peccatis quibus
peccavi et alios peccare feci. Mea culpa:
mea culpa: mea gravissima culpa. Propter
hec peccata perdidi regnũ celoꝝ: et totiens offendi
piissimũ filiũ tuũ et quotiens letificavi demo
nes pessimos et merui eterna supplicia: totiens
mea culpa: mea culpa: mea gravissima culpa.
Ideo deprecor te dei genitrix et perpetua virgo
semper maria ut tu impetres michi indulgen
tiam et remissionem oĩm pctoꝝ istoꝝ et alioꝝ

quecunqz feci ab ipso filio tuo a quo bona cūc
ta procedunt per quē oīa facta sunt. Qui etiā
illuminat oēm hominē venietem in hūc mūdūz
fac ut ipse illuminet mentem meā lumine grē
sue inflāmans eam igne suavissimi et sanctissi
mi amoris sui. Et faciat me seipsum cum pa
tre et sancto spū vnū solum deum verū adorare
in spū et veritate seipm super oīa diligere et ti
mere eidem firmiter obedire et adherere sua
mandata custodire pctā vitare suā sactā passi
onem et patientiā imitari bonis operibus abun
dare prospera mundi despicere et nulla eius
adversa formidare et talem penitētiam in hac
vita pro cunctis pctīs et sceleribus meis agere
que eis precibus tuis beneplacens sit et grata
vt merito sue sacratissime passionis cū sanctis
et electis suis michi vitā et requiē conferat sem
piternam. Amen.

Devota contemplatio beate marie virginis
iuxta crucem filij sui lacrymantis et ad com
passionē salvatoris singulos invitantis.

Stabat mater dolorosa iuxta crucem
lacrimosa dū pendebat filius. Cuius
aīam gementem cōtristatā et dolentē qm pertrā
sivit gladius. O qm tristis et afflicta fuit illa
benedicta mater vnigeniti. Que merebat et do
lebat et tremebat cum videbat nati penas in

cluti. Quis est homo qui non fleret christi ma
trem si videret in tanto supplicio. Quis pos
set non contristari piam m̄rem cōtemplari
dolentē cū filio. Pro p̄tis sue gentis vidit ie
sum in tormentis et flagellis subditum
Vidit suū dulcem natū morientē desolatū
dum emisit sp̄m. Eya mater fons amoris
me sentire vim doloris fac ut tecū lugeam.
Fac ut ardeat cor meum in amando xp̄m deū
ut sibi cōplaceā. Sancta mater istud agas
crucifixi fige plagas cordi meo valide. Tui
nati vulnerati iam dignātis pro me pati vi
amoris imprime. Fac me vere tecū flere crucifi
xo condolere donec ego vixero. Iuxta crucem
tecū stare te libenter sociare in planctu desidero.
Virgo virginū preclara michi iam non sis
amara fac me tecū plangere. Fac ut portem
xp̄i mortē passionis eius sortem et plagas re
colere. Fac me plagis vulnerari cruce hac ie
briari ob amorē filij. Inflāmatus et accensus
per te v̄go sim defensus in die iudicij. Fac me
cruce custodiri morte xp̄i p̄muniri confoueri
grā. Quando corpus morietur fac ut aīe do
netur paradisi gloria. Amen. ℣ Tuam ipsi
us aīam doloris gladius pertransibit. ℟ Ut
reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
Oremus.

Interueniat pro nobis q̄sumus dñe
ihū xp̄e nunc et in hora mortis apud
tuā clementiā beate virgo maria mr̄ tua
cuius sacratissimā aīam in hora tue passiōis
doloris gladius pertransiuit. Per te iesu
xp̄e saluator mūdi. Qui cū p̄re et spūsancto.

Oratio valde deuota ad beatam virginem
mariam dicenda diebus sabbati.



Missus est gabriel
angelus ad ma-
riam v̄ginem des-
ponsatam ioseph nūciās
ei verbum. Aue maria
grā plena dñs tecum.
Missus est gabriel āge-
lus ad mariā virginem.
Aue maria grā plena. Missus est gabriel.
Aue maria. Imperatrix reginaꝝ. Dñs tecū.
Laus sctarū aīarum. Dñs tecū. Vera sal-
uatrix earū. Dñs tecū. Excellentissima re-
gina celoꝝ. Dñs tecū. Veneranda dña an-
geloꝝ. Dñs tecum. Omniū plena virtutū
Dñs tecū. Flos florū. Do. te. Liliū conuallū.
Do. te. Mediatrix dei et hoīum. do. te. Indeficiēs
gaudium. do. te. Rosa sine spina. dñs tecū.
Stella matutina. do. te. Virgo īuiolata.
do. te. Virgo īnupta. do. te. Virgo ītacta. do.

tecum. Virgo incorrupta. do. te. Virgo deo grata. do. te. Virgo ante partum. dñs tecum Virgo in partu. do. te. Virgo post partum. dñs te. Splendor inextinguibilis. dñs tecū. Virgo inestimabilis. dñs te. Virgo immarcessibilis vitis. do. te. Virga germinans. do. tecum. Virgo incomparabilis. do. te. Virgo cui non est nec erit similis. do. te. Virgo generosa. do. te. Virgo speciosa. dñs. te. Virgo pulchra. do. te. Fons nive cum omni copia dñs te. Virgo eximia. do. te. Virgo pia. do. tecum. Virgo mit sine ruga. do. te. Virgo dulcis maria. do. te. Laus prophetica. do. te. Salomonis fabrica. do. te. Mater dei et vgo unica dei filia. do. te. Laus habitationis glorie dei. do. te. Ortus cōclusus. do. te. Fons signatus. do. te. Aque vive puteus. dñs tecū. Paradisus cū pomoꝝ fructus. do. te. Venter rore celesti rigatus. do. te. Eternitatis domus. do. te. Veteris et novi testamenti arariū. do. te. Spiritussancti sacrarium. do. te. Ave angelo nūciante vgo cōcepisti. Dictes dix fois. Ave maria. Et puis une fois. Ave angelo. Et puis encores dix foix. Ave maria. Ora vgo et mater. do. te. Mater iesu xpi filij unigeniti dei. do. te. Mater pietatis. do. te. Mater veritatis. do. te. Mater caritatis. do. te. Decus

mulierum. do. te. Mater orphanorum. do. te.
Consolatio desolatorum. do. te. Cōpassio afflic
torum. do. te. Via errantium. do. te. Salus om
nium in te sperantium. do. te. Archa dei. do. te.
Templum dñi. do. te. Sacrarium spūs sācti.
do. te. Reclinatoriū ihū xpi. dñs tecū. Lumi
nare celi. do. te. Sponsa dei. do. te. Propheta
rum oraculum. do. te. Dei umbraculum. do.
te. Pastoris tabernaculum. do. te. Completū
est in te consilium. do. te. Vera virgo et mr̄
que filiū dei genuisti verū deū et verum homi
nem: qui angelo nūciante conceptus est. do.
tecū. Vera virgo et mr̄ que filiū dei genui
sti verum deū et verū hominē: qui pro nobis
in te natus est. dñs te. Vera virgo et mater
que filiū dei genuisti verū deū et verum hoīez:
qui pro nobis inter ulnas symeonis sanctissi
mi in templo receptus est. do. te. Vera virgo et
mater que filiū dei genuisti verum deū et verum
hominem: qui pro nobis cesus est. dñs tecum.
Vera v̄go et mr̄ que filiū dei genuisti verū deū
et verum hominē: qui pro nobis coronatus est.
Dñs tecum. Vera v̄go et mr̄ que filium dei
genuisti verum deum et verū hominē: qui pro
nobis clauis crucifixus est. dñs tecū Vera
v̄go et mater que filiū dei genuisti verum
deum et ver̄ hominem: qui pro nobis in

cruce pendens virginē matrem virgini cōmēda
uit ita dicens. Mulier: ecce filius tuus. De
inde ad discipulum. Ecce mater tua. Do. te.
Vera v̄go et mr̄ que filiū dei genuisti verū
deum et verū hoīem: qui pro nobis in cruce pen
dens exclamauit dicens. Hely hely lamaza
bathani. Et inclinato capite tradidit spm̄.
Do. te. Vera v̄go et mr̄ que filiū dei genuisti
verum deū et verum hominem: qui pro nobis
immolatus est. Do. te. Vera virgo & mr̄ que fi
filiū dei genuisti verum deum et verū hominē
cuius latus lancea perforatum est et cōti
nuo exiuit sanguis et aqua in redemptionē
aīar nr̄arum pro salute mundi ad vitam
eternam. Do. te. Vera v̄go et mater que filiū
dei genuisti verum deū et verum hominem:
cuius corpus de cruce per ioseph depositum ē:
et in syndone munda inuolutum est. Do. te.
Vera virgo et mater que filiū dei genuisti
verum deum et verum hominē: cuius corpus
in lintheis cum aromatibus in monumen
to nouo positum est. Dñs tecū. Vera virgo &
mater que filium dei genuisti verū deū et ver
hominem qui pro nobis sepultus est. Do. te.
Vera virgo et mater que filium dei genui
sti verū deum et verum hoīem: qui deus et ho
mo tertia die resurrexit a mortuis. Do. te.

Vera v̓go et mater que filium dei genuisti
verum deum et ver̄ hominē: qui deus et homo
primo b̄te marie magdalene. Postea disci
pulis apparuit. do. te. Vera v̓go et mr̄ que fi
lium dei genuisti verum deū ⁊ ver̄ hoīez qui
deus et homo cū peregrinis cenauit. do. te. Vera
v̓go et mr̄ que filium dei genuisti verum deum
⁊ ver̄ hoīez qui deus et homo videntibus galile
is ad celos ascendit. dn̄s tecum. Vera v̓go et
mater que filium dei genuisti verum deū et ve
rum hoīem: qui deus et homo ascendit super oēs
celos ⁊ preparauit sue castissīe matri locum
ĩmortalitatis. dn̄s tecum. Vera v̓go et mr̄ q̄
filium dei genuisti verū deū et ver̄ hominem:
qui deus ⁊ homo ad dexteram dei sedens spm̄
paraclitum discipulis suis misit. dn̄s tecum
Vera v̓go ⁊ mr̄ que filiū dei genuisti verum
deum ⁊ verū hominē: qui deus et homo ventu
rus est iudicare viuos et mortuos et seculum
per ignem.

Te deprecor ergo mitissimā piissimam
misericordissimam castissimam speosis
simam dei genitricem mariā semper v̓ginē
gēmam ut in sancto tremendo ac terribili
iudicio in conspectu unigeniti filij tui cui
pr̄ dedit omne iudiciū me liberes ⁊ protegas
a penis inferni: et participem me facias cele

stium gaudiorum. Prestante eodem dño nr̃o iesu
christo. Qui cum pr̃e et spiritu sancto &c.

Salutatio ad beatam virginem mariam.

Ave cuius conceptio solemni plena gau
dio celestia terrestria noua replet leticia.
Ave cuius natiuitas nr̃a fuit solemnitas
vt lucifer lux oriens verũ solem preueniens.
Ave pia humilitas sine viro fecunditas
cuius annũciatio nr̃a fuit redemptio. Ave
ĩmensa caritas dei laudum imensitas heliza
beth a te visitata ecclesia fuit illustrata.
Ave vera maternitas salue simul v̾ginitas
deum namq3 peperisti quẽ tu prima adorasti.
Ave vera virginitas ĩmaculata castitas
cui9 purificatio nr̃a fuit purgatio. Ave ple
na in oĩbus angelicis v̾tutibus cuius fuit
assumptio nostra glorificatio. ℣ Ora pro
nobis sancta dei genitrix. ℟ Vt digni effi
ciamur promissionib9 xp̃i. Oremus.
Deus qui nos conceptionis natiuita
tis ãnunciationis visitationis partus
adorationis purificationis et assumptionis
beate marie v̾ginis gaudia recolendo letificas
concede nobis sic eius laudibus referendo
digne insistere ac eam venerari et amare in
terris vt eam in omni necessitate et angu
stia precipue in hora mortis presentem & au

xiliatricem sentiamus et tecū post mortem
per ipsam et cum ipsa gaudere mereamur in
celis. Per dnm nostrum iesum xpm filiū tuum
qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus
sancti deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen.





Domine labia mea aperies. Et
os meum annunciabit laudez
tuam. Deus in adiutorium
meum intende. Dñe ad adiuuã
dum me festina. Gloria pri et filio: et spiri
tui sancto. Sicut erat in principio et nunc
et semper: et in secula seculorum. Amen
Alleluya alleluya. Et dicitur a pascha re
surrectionis usqz ad septuagesimam: et a

septuagesima usque ad pascha dicitur: Laus tibi domine rex eterne glorie. Inuitatorium

Aue maria gratia plena dominus tecum. psalmus.

Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro: preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Aue maria. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos: quoniam non repellet dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terre: et altitudines montium ipse conspicit. Dominus tecum. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundauerunt manus eius: venite adoremus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos: quia est dominus deus noster: nos autem populus eius et oues pascue eius. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto ubi temptauerunt me patres vestri: probauerunt et viderunt opera mea. Dominus tecum. Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hii errant corde: ipsi non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meam. Aue maria. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum Amen. Dominus

tecum. Aue maria gra plena dns tecu.

Quem terra pontus ethera colunt adorant predicant trinam regente machinam claustrum marie baiulat. Cui luna sol et oia deseruiunt per tepora perfusa celi gra gestant puelle viscera. Beata mr munere cuius supernus artifex mundum pugillo continens ventris sub archa clausus est. Beata celi nuncio fecunda sancto spu desideratus gentibus cuius per aluu fusus est. Maria mr gre mater mise tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria tibi dne qui natus es de virgie cum pre et sancto spu in sempiterna secula. Amen. Iste psalmus et alij duo sequentes cum suis atiphonis dicitur diebus dnicis lune et iouis. An. Benedicta tu. Ps.

Domine dns noster: q admirabile est nomen tuu in vniuersa terra. Qm eleuata est magnificentia tua: super celos. Ex ore infantiu et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: ut destruas inimicu et ultorem. Qm videbo celos tuos opera digitoru tuoru: luna et stellas que tu fundasti. Quid est homo q memor es eius aut filius hominis: qm visitas eum. Minuisti eum paulominus ab angelis glia et honore coronasti eu: et costituisti eum super opera manuum

tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus
eius oues et boues uniuersas: insuper et pe
cora cāpi. Volucres celi et pisces maris: qui
perambulant semitas maris. Domine dn̄s no
ster: q̄ admirabile est nomen tuum in uni
uersa terra. Gloria pr̄i et filio et spiritui
sancto. Sicut erat in principio et nūc. an̄
Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus uentris tui. an̄ Sicut mirra. ps̄.
Celi enarrant gl̄iam dei: et opera ma
nuum eius annūciat firmamentum.
Dies diei eructat v̄bum: et nox nocti indicat
scientiam. Non sunt loquele neq; sermones
quorū non audiantur voces eorū. In om̄em
terram exiuit sonus eorū: et in fines orbis ter
terre verba eorū. In sole posuit tabernaculū
suum: et ip̄e tanq̄ sponsus procedens de thala
mo suo. Exultauit ut gigas ad currendam
viam: a sūmo celo egressio eius. Et occursus
eius usq; ad sūmum eius: nec est qui se abscō
dat a calore eius. Lex dn̄i īmaculata cōuertēs
aīas: testimonium dn̄i fidele sapientiam pre
stans paruulis. Iusticie dn̄i recte letifican
tes corda: preceptum dn̄i lucidum illuminās
oculos. Timor dn̄i sanctus permanet in secu
lum seculi: iusticia dn̄i vera iustificata in se
metipsa. Desiderabilia super aurum et lapi

dem preciosum multum: et dulciora super
mel et fauum. Etenim seruus tuus custodit
ea: in custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis meis mū
da me: et ab alienis parce seruo tuo. Si mei
non fuerint dn̄ati tunc īmaculatus ero: et
emundabor a delicto maximo. Et erunt ut
cōplaceant eloquia oris mei: et meditatio cor
dis mei in conspectu tuo semper. Dn̄e adiu
tor meus: et redemptor meus. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut erat in principio &
nunc et semper: et in secula seculorum Amen. an.
Sicut mirra electa odorem dedisti suauita
tis sancta dei genitrix. an. Ante thorum. ps.
Domini est terra et plenitudo eius orbis
terrarum: et uniuersi qui habitant in
eo. Quia ipse super maria fundauit eum:
et super flumina preparauit eum. Quis as
cendet in montē dn̄i: aut quis stabit in loco
sancto eius. Innocens manibus et mūdo
corde qui non accepit in uano aīam suam:
nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet
benedictionē a dn̄o: et misericordiam a deo
salutari suo. Hec est generatio querentiū eum:
querentium faciem dei iacob. Attollite por
tas principes uestras: et eleuamini porte eterna
les: et introibit rex glorie. Quis est iste rex

glorie: dñs fortis et potens dñs potens in pre
lio. Attollite portas principes vr̃as: et eleua
mini porte eternales: et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie: dñs v̈tutum ipse
est rex glorie. Gloria pr̃i et filio: et spiritui
sancto. Sicut erat in principio et nunc et
semper: et in sec̃la sec̃lor amen. añ Ante thronũ
tuum v̈ginis frequentate nobis dulcia can
tica dragmatis. V. Diffusa est grã in labiis
tuis R. Propterea benedixit te deus in eter
num. Pater nr̃. Et ne nos. Sed libera.
Benedictio. Precibus et meritis. vt sequitur p.
Iste psalmus & alij duo sequẽtes cũ suis añis di
cũtur dieb9 martis & veneris. añ. Specie. ps.
Eructauit cor meum v̈bum bonum:
dico ego opera mea regi. Lingua
mea calamus scribe: velociter scribentis. Spe
ciosus forma pre filijs hominũ diffusa est
grã in labiis tuis: propterea benedixit te de9
in eternum. Accingere gladio tuo super fe
mur tuũ: potentissime. Specie tua et pul
chritudine tua: intende prospere procede et re
gna. Propter veritatem et mãsuetudinem
et iusticiam: et deducet te mirabiliter dexte
tera tua. Sagitte tue acute sub te cadẽt
in corda inimicor regis. Sedes tua deus
in seculum seculi: virga directionis virga

regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti ini
quitatem: propterea unxit te deus deus tuus
oleo leticie pre consortibus tuis. Mirra et gu
ta et casia a vestimentis tuis a domibus ebur
neis: ex quibus delectauerunt te filie regū
in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circumdata varietate. Au
di filia et vide: et inclina aurem tuam et
obliuiscere populum tuum et domum pris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum: qm ipse
est dns deus tuus et adorabo eum. Et filie
tyri in muneribus vultum tuū deprecabū
tur: oēs diuites plebis. Omnis gloria eius
filie regis abintus in fimbrijs aureis: circū
amicta varietatibus. Adducentur regi vir
gines post eam proxime eius: afferentur ti
bi. Afferentur in leticia et exultatione:
adducentur in templum regis. Pro pa
tribus tuis nati sunt tibi filij: constitues
eos pncipes super oēm terrā. Memores
erunt nois tui dne: in omni generatione
et generationem. Propterea populi con
fitebuntur tibi in eternum: et in seculum
seculi. Gloria pri et filio. an Specie tua
et pulchritudine intende prospere procede
et regna. an Adiuuabit eam. pns.

Deus noster refugiū et virtus: adiu
tor in tribulationibus que invenerunt
nos nimis. Propterea non timebimus dū
turbabitur terra: et transferentur mōtes in
cor maris. Sonuerunt et turbate sunt aq̄
eoꝝ: cōturbati sunt montes in fortitudine ei⁹.
Fluminis impetus letificat civitatem dei:
sanctificavit tabernaculum suum altissim⁹.
Deus in medio eius non cōmovebitur: ad
iuvabit eam deus mane diluculo. Conturba
te sunt gentes et inclinata sunt regna: dedit
vocem suam mota est terra. Dn̄s virtutum
nobiscum: susceptor noster deus iacob. Ve
nite et videte opera dn̄i: que posuit prodigia super
terram: auferens bella usq; ad finem terre.
Arcum conteret et confringet arma: et scuta
cōburet igni. Vacate et videte qm̄ ego sum
deus: exultabor in gentibus et exultabor in
terra. Dn̄s virtutum nobiscum: susceptor
noster deus iacob. Gloria pr̄i et filio et spiri
tui sancto. Sicut erat in pricipio et nunc.
Adiuvabit eā deus vultu suo deus in medio
eius non cōmovebitur. ā Sicut letātiū. ps.
Fundamenta eius in montibus sanctis:
diligit dn̄s portas syon: super omnia
tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de
te: civitas dei. Memor ero raab: et babilonis

scientium me. Ecce alienigene et tyrus et popu
lus ethiopū hii fuerūt illic. Numquid syon dicet
homo et homo nat⁹ est in ea: et ipse fundauit eā
altissim⁹. Dn̄s narrabit in scripturis populorū:
et principum hor̄ qui fuerūt in ea. Sicut le
tanciū oīm nr̄m habitatio est i te. Glīa patri &c.
Aī. Sicut letancium oīm nr̄m habitatio est
in te sancta dei genitrix. ℣. Diffusa est grā i
labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ine
ternū. Pater nr̄. Benedictio. Precibus
et meritis. vt sequitur post. Iste psalm⁹ & alij
duo sequētes cū suis āthōnis dicuntur dieb⁹ mer
curij et sabbati. Aī. Gaude maria. ps.
Cantate dn̄o cāticum nouū: cantate do
mino oīs terra. Cantate dn̄o et benedi
cite nomini eius: ānunciate de die in diem
salutare eius. Annunciate inter gentes glo
riam eius: in oībus populis mirabilia eius.
Qm̄ magnus dn̄s et laudabilis nimis:
terribilis est super oēs deos. Qm̄ omnes dij
gentiū demonia: dn̄s aūt celos fecit. Cōfes
sio et pulchritudo in conspectu eius: sancti
monia et magnificentia in sanctificatione
eius. Afferte dn̄o patrie gentiū. afferte dn̄o
gloriam et honorem: afferte dn̄o gloriam no
mini eius. Tollite hostias et introite in atria
eius: adorate dn̄m in atrio sancto eius. Cō

ueatur a facie eius vniuersa terra. Dicite in
gentibus quia dominus regnauit. Etenim correxit
orbem terre: qui non commouebitur: iudicabit
populos in equitate. Letentur celi et exultet
terra commoueatur mare et plenitudo eius:
gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Tunc
exultabunt omnia ligna siluarum a facie domini
quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudi
cabit orbem terre in equitate: et populos in
veritate sua. Gloria patri et spiritui sancto. An.
Gaude maria virgo cunctas hereses sola intere
misti in vniuerso mundo. A. Dignare. Ps.
Dominus regnauit exultet terra. letentur insule
multe. Nubes et caligo in circuitu eius.
Iusticia et iudicium correctio sedis eius. Ignis
ante ipsum precedet. et inflammabit in circuitu ini
micos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre:
vidit et commota est terra. Montes sicut cera
fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.
Annunciauerunt celi iusticiam eius: et viderunt
omnes populi gloriam eius. Confundantur om
nes qui adorant sculptilia: et qui gloriantur in
simulacris suis. Adorate eum omnes angeli
eius: audiuit et letata est syon. Et exultaue
runt filie iude: propter iudicia tua domine. Quoniam
tu dominus altissimus super omnem terram: ni
mis exaltatus es super omnes deos. Qui

diligitis dñm odite malum: custodit dñs an
imas seruorum suorum de manu peccatoris liberabit
eos. Lux orta est iusto: et rectis corde leticia.
Letamini iusti in dño: et cõfitemini memo
rie sanctificationis eius. Gloria pñi et filio. añ.
Dignare me laudare te virgo sacrata da michi
virtutem cõtra hostes tuos. añ. Post partũ virgo.
Cantate dño canticũ nouũ: quia mira
bilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: et
brachium sanctum eius. Notum fecit dñs
salutare suum: in conspectu gẽtium reuelauit
iusticiam suam. Recordatus est mĩe sue: et ve
ritati sue domui israel. Viderunt omnes ter
mini terre: salutare dei nostri. Iubilate deo
oĩs terra: cantate et exultate et psallite. Psal
lite dño in cythara in cythara et voce psalmi
in tubis ductilibus: et voce tube cornee. Iu
bilate in conspectu regis dñi moueatur ma
re et plenitudo eius orbis terrarũ: et qui habi
tant in eo. Flumina plaudent manu simul
montes exultabũt a cõspectu dñi: qm venit
iudicare terram. Iudicabit orbem terrarũ
in iusticia: et populos in equitate. Gloria
pñi et filio: et spiritui scõ. Sicut erat in. A.
Post partum virgo inuiolata permãsisti dei
genitrix intercede pro nobis. V. Diffusa est
grã in labiis tuis. R. Propterea benedixit

te deus ineternū. Pater nr̄. Benedictio.
Precibus et meritis beate marie virginis et
omnium sanctorum perducat nos dn̄s ad regna
celorum. Amen. Jube domine benedicere. Nos cū
prole pia benedicat virgo maria. Amē. Lectio prima.
In omnibus requiem quesiui et in here
ditate dn̄i morabor tunc precepit et dixit
michi creator om̄ium qui creauit me requieuit in
tabernaculo meo: et dixit michi. In iacob inha
bita et in israel hereditare: et in electis meis mit
te radices. Tu aūt dn̄e miserere nr̄i. Deo gra
tias. ℟. Sancta et immaculata virginitas
quibus te laudibus efferam nescio. Quia
quem celi capere non poterant tuo gremio cō
tulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus et be
nedictus fructus ventris tui. Quia quem.
Jube domine benedicere. In omni tribulatione
et angustia succurrat nobis pia virgo maria.
Amen. Lectio secunda.
Et sic in syon firmata sum et in ciuitate
sanctificata similiter requieui et in ihe
rusalem potestas mea. Et radicaui in popu
lo honorificato et in partes dei mei hereditas illi
us et in plenitudine sanctorum detentio mea.
Tu autem domine miserere nostri. Deo
gratias. ℟. Beata es virgo maria que domi
num portasti creatorem mūdi. Genuisti qui

te fecit et ineternum permanes virgo. ℟. Aue maria
gratia plena dominus tecum. Genuisti qui te fecit.
Jube donne benedicere. Per virginem matrem
concedat nobis dominus salutem et pacem. Amen. Lectio iii.
Quasi cedrus exaltata sum in libano et
quasi cypressus in monte syon. Quasi
palma exaltata sum in cades: et quasi plantatio
rose in iherico. Quasi oliua speciosa in campis
et quasi platanus exalta sum iuxta aquas.
In plateis sicut cynamomum et balsamum
aromatizans odorem dedi. Quasi mirra e
lecta: dedi suauitatem odoris. Tu autem domine.
℟. Felix namque es sacra virgo maria et omni
laude dignissima. Quia ex te ortus est sol iu
sticie christus deus noster. ℣. Ora pro populo inter
ueni pro clero intercede pro deuoto femineo se
xu: sentiant omnes tuum iuuamen quicunque cele
brant tuam commemorationem. Quia ex te ortus.
Gloria patri et filio et spiritui sancto. Canticum.
Te deum laudamus: te dominum confitemur.
Te eternum patrem: omnis terra uene
ratur. Tibi omnes angeli: tibi celi et uniuer
se potestates. Tibi cherubin et seraphin: inces
sabili voce proclamant. Sanctus. Sanctus.
Sanctus dominus deus sabbaoth. Pleni sunt
celi et terra: maiestatis glorie tue. Te glorio
sus apostolorum chorus. Te prophetarum lau

dabilis numerus. Te martyrum candidatus:
laudat exercitus. Te per orbem terrarum sāc
ta confitetur ecclesia. Patrem ĩmense maie
statis. Venerandum tuum verum: et unicũ
filium. Sanctum quoqꝫ paraclitum spm̃.
Tu rex glorie xp̄e. Tu p̄ris sempiternus es
filius. Tu ad liberandum suscepturus ho
minē non horruisti ṽginis uterum. Tu devic
to mortis aculeo aperuisti credentibus regna
celoꝝ. Tu ad dexteram dei sedes in gloriam
patris. Iudex crederis esse venturus. Te
ergo ꝗ̄s famulis tuis subuem: quos precioso
sanguine redemisti. Eterna fac cum sanc
tis tuis in g̃lia numerari. Saluum fac po
pulum tuum dñe: et benedic hereditati tue.
Et rege eos et extolle illos usqꝫ ineternum.
Per singulos dies benedicimus te. Et
laudamus nomen tuum in sclm: et in sclm
seculi. Dignare dñe die isto: sine p̄cto nos
custodire. Miserere nr̃i dñe: miserere nr̃i.
Fiat misericordia tua dñe super nos: q̄
admodum speravimus. In te dñe speravi
non confundar ineternum.

DEUS · MICHI · ADIUTOR



Deus in adiutorium meum inte
de. Dñe ad adiuuandū me festi
na. Gloria prī et filio: et spiritui
tui sancto. Sicut erat in principio
et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.
Assumpta est maria. ps.
Dominus regnauit decorem indutus
est: indutus dñs fortitudinem et pre
cinxit se. Etenim firmauit orbem terre: qui nō
cōmouebitur. Parata sedes tua deus ex tūc.

a seculo tu es. Eleuauerunt flumina dñe: ele
uauerunt flumina vocem suam. Eleuauerũt
flumina fluctus suos: a vocibus aquaꝝ multa
rum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in
altis dñs. Testimonia tua credibilia facta
sunt nimis domum tuam decet sanctitudo dñe
in longitudine dierum. Gloria pñi et filio.
Assumpta est maria in celum gaudent ange
li laudantes benedicunt dñm. ã. Maria v̓go.
Iubilate deo oĩs terra: seruite dño in le
ticia. Introite in conspectu eius: in exul
tatione. Scitote dñs qm̄ ip̃e est deus: ipse fecit
nos: et non ipsi nos. Populus eius et oues
pascue eius introite portas eius in cõfessione:
atria eius in hymnis confitemini illi. Lau
date nomen eius qm̄ suauis est dñs in eternum mise
ricordia eius: et usq3 in generatione ⁊ genera
tionem veritas eius. Gloria pñi et filio. añ.
Maria v̓go assumpta est ad ethereum thalamũ
in quo rex regum stellato sedet solio. ã. In odorẽ.
Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Si
tiuit in te aĩa mea: q̃ multipliciter tibi ca
ro mea. In terra deserta in via et in aquosa
sic in sancto apparui tibi: ut viderem virtutez
tuam et gloriam tuam. Qm̃ melior est mĩa
tua super vitas: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: et in nomine

tuo leuabo manus meas. Sicut adipe et pi
guidine repleatur aīa mea: et labiis exultatio
nis laudabit os meum. Si memor fui tui
super stratum meum in matutinis meditabor
in te: quia fuisti adiutor meus. Et in vela
mento alarum tuarum exultabo adhesit ani
ma mea post te: me suscepit dextera tua. Ipi
vero in vanū quesierunt aīam meam introibūt
in inferiora terre: tradentur in manus gladij
partes vulpium erunt. Rex vero letabitur ī
deo laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia
obstructum est os loquentiū iniqua.

Deus misereatur nostri et benedicat nob
illuminet vultum suū super nos: et mise
reatur nostri. Et cognoscamus in terra viam
tuam: in oībus gentibus salutare tuum. Cō
fiteantur tibi populi deus: confiteātur tibi populi
omēs. Letentur et exultent gentes qm̄ iudicas
populos in equitate: et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi deus confiteantur
tibi omnes terra dedit fructum suum. Bene
dicat nos deus deus noster: benedicat nos deus: et
metuant eum oēs fines terre. Gloria pri et. An
In odorem unguentorum tuorum currimus adoles
centule dilexerunt te nimis. an Benedicta.

Canticum trium puerorum.

Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate

et superexaltate eum in secula. Benedicite
angeli dñi dño: benedicite celi dño. Benedi
cite aque oẽs que super celos sunt dño: benedi
cite oẽs virtutes dñi dño. Benedicite sol et
luna dño: benedicite stelle celi dño. Benedici
te ymber et ros dño: benedicite oĩs spũs dei
dño. Benedicite ignis et estus dño: benedicite
frigus et estas dño. Benedicite rores et prui
na dño: benedicite gelu et frigus dño. Benedi
cite glacies et niues dño: benedicite noctes et
dies dño. Benedicite lux et tenebre dño: bene
dicite fulgura et nubes dño. Benedicat terra
dñm: laudet et superexaltet eum in secula.
Benedicite montes et colles dño: benedicite
vniuersa germinantia in terra dño. Benedi
cite fontes dño: benedicite maria et flumi
na dño. Benedicite cete et oĩa que mouẽtur
in aquis dño: benedicite omẽs volucres celi
domino. Benedicite omẽs bestie et pecora do
mino benedicite filii hominũ dño. Benedi
cat israel dñm: laudet et superexaltet eum in
secula. Benedicite sacerdotes dñi dño: benedi
cite serui dñi dño. Benedicite spũs et aĩe ius
torũ dño: benedicite sancti et humiles corde do
mino. Benedicite anania azaria misael do
mino: laudate et superexaltate eum in secula.
Benedicamus prẽm et filium cum sancto

spiritu: laudemus et super exaltemus eum in
secula. Benedictus es dñe in firmamento ce
li et laudabilis et gloriosus et superexaltatus
in secula. Amen. añ Benedicta filia tu a do
mino quia per te fructum vite cõmunicavimus.
a. Pulchra es. ps.
Laudate dñm de celis: laudate eum in
excelsis. Laudate eum omñes angeli e
ius: laudate oẽs virtutes eius. Laudate eum
sol et luna: lauda eum oẽs stelle et lumen.
Laudate eum celi celorum: et aque que super ce
los sunt laudent nomen dñi. Quia ipse di
xit et facta sunt: ipse mandavit et creata sunt.
Statuit ea in eternũ et in seculum seculi:
preceptum posuit et non preteribit. Lauda
te dñm de terra: dracones et omẽs abyssi.
Ignis grando nix glacies spũs procellarũ: que
faciunt vbũ eius. Montes et oẽs colles: ligna
fructifera et omnes cedri. Bestie et universa
pecora: serpentes et volucres pennate. Reges ter
re et oẽs populi: principes et omẽs iudices terre.
Iuvenes et virgines senes cum iunioribus
laudent nomen dñi: quia exaltatum est no
men eius solius. Confessio eius super celum
et terram: et exaltavit cornu populi sui. Hym
nus omnibus sanctis eius: filiis israel populo
appropinquanti sibi.

Cantate dño canticum nouum: laus eius
in ecclesia sanctorum. Letetur israel in
eo qui fecit eum et filie syon: exultent in rege
suo. Laudent nomen eius in choro: in tym
pano: et psalterio psallant ei. Quia bene
placitum est dño in populo suo: et exaltauit
mansuetos in salutem. Exultabunt sancti
in gloria: letabuntur in cubilibus suis. Ex
ultationes dei in gutture eorum: et gladij ancipi
tes in manibus eorum. Ad faciendam vindic
tam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in cõpedibus: et no
biles eorum in manicis ferreis. Ut faciant in eis
iudicium conscriptum: gloria hec est omnibus
sanctis eius.

Laudate dñm in sanctis eius: laudate
eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eũ
secundum multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in sono tube: laudate eũ in
psalterio et cythara. Laudate eum in tym
pano et choro: laudate eum in cordis et orga
no. Laudate eum in cymbalis bene sonan
tibus: laudate eum in cymbalis iubilationis
oĩs spũs laudet dñm. Gloria prĩ et filio. Aña.
Pulchra es et decora filia ihr̃lm terribilis
ut castrorum acies ordinata. Capitulum.

Viderunt eam filie syon et beatissimam predi
cauerunt et regine laudauerunt eam. Deo
gratias. Hymnus.
O Gloriosa dña excelsa supra sydera qui
te creauit prouide lactasti sacro ubere.
Quod eua tristis abstulit tu reddis almo ger
mine intrant ut astra flebiles celi fenestra fac
ta est. Tu regis alti ianua et porta lucis ful
gida vitam datã per virginem gentes redemp
te plaudite. Maria mr grẽ mr mĩe tu nos ab
hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria ti
bi dñe qui natus es de virgine cum prẽ et sc̃o
spiritu in sempiterna secula. Amen. ℣. Bene
dicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus fruc
tus ventris tui. Añ. Beata dei genitrix.
Benedictus dñs deus israel: quia visita
uit et fecit redemptionem plebis sue. Et
erexit cornu salutis nobis: in domo dauid pue
ri sui. Sicut locutus est per os sanctoꝝ: qui
a seculo sunt prophetarum eius. Salutem
ex inimicis nr̃is: et de manu oĩm qui oderunt
nos. Ad faciendam misericordiam cum patri
bus nr̃is: et memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad abraham
prẽm nostrũ: daturum se nobis. Ut sine ti
more de manu inimicoꝝ nr̃oꝝ liberati: seruia
mus illi. In sanctitate et iusticia coram ipso

omnibus diebus nostris. Et tu puer prophe
ta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem
dñi parare vias eius. Ad dandam scientiam
salutis plebis eius: in remissionem pctõꝝ eoꝝ.
Per viscera mĩe dei nostri in quibus visita
uit nos oriens ex alto. Illuminare his qui
in tenebris et in umbra mortis sedent: ad diri
gendos pedes nostros in viam pacis. Gloria
prĩ et filio: et spiritui sancto. Sicut erat. añ
Beata dei genitrix maria virgo perpetua te
plum dñi sacrarium spiritussancti: tu sola sine
exemplo placuisti dño nr̃o iesu xp̃o: ora pro po
pulo: interueni pro clero intercede pro deuoto
femineo sexu. Kyrieleyson. xp̃e eleyson. Ky
rieleyson. Dñe exaudi orõnem meam. Et cla
mor meus ad te veniat. Oremus.
Deus qui de bt̃e marie virginis vtero ver
bum tuum angelo nũciante carnem su
scipere voluisti: presta supplicibus tuis: ut qui
vere eam dei genitricem credimus eius apud te
intercessionibus adiuuemur. Per dñm nr̃m.
De Cõmemoratio de sctis. Antiphona.
Sancti dei oẽs intercedere dignemini pro no
stra omniumq; salute. ℣. Letamini in dño et
exultate iusti. ℟. Et gloriamini omñes recti corde.
Protege dñe populum tuum et Oõo.
apostoloꝝ tuoꝝ petri et pauli et aliorũ

apostolorum patrocinio cōfidentem perpetua
defensione conserua. Per. Orō.
Omnes sancti tui quesumus dn̄e nos
vbiqꝫ adiuuent: ut dum eoꝝ merita re
colimus patrocinia sentiamus. Et pacem tuā
nostris concede temporibus et ab ecclesia tua
cunctam repelle nequiciam. Iter actus et vo
luntates nostras et oīm famuloꝝ tuoꝝ in sa
lutis tue prosperitate dispone: benefactoribus
nostris sempiternā bona retribue: et oībus fi
delibus defunctis requiē eternam cōcede. Per dn̄.
Dn̄e exaudi orōnem meā. Et clamor meus
ad te veniat. Benedicamus dn̄o. Deo grās.
Fideliū aīe defunctoꝝ per mīam dei sine fine
requiescant in pace. Amen.
Ave stella matutina pc̄toꝝ medicina mū
di princeps et regina ꝟgo sola fuisti di
gna idcirco inter tela inimici clypeum pone
salutis tue titulum virtutis. Tu es enī virga
iesse in qua deus fecit esse aarō amigdalum
mundi tollens scandalum. Tu es area cōplu
ta celesti rore imbuta: sicco tamen vellere tu
nos in hoc carcere solare propicia dei plena grā.
O virgo dei electa esto nobis via recta ad eter
na gaudia: ubi pax et gloria et nos semper
aure pia dulcis exaudi maria. ℣. Dignare me
laudare te ꝟgo sacrata. ℟. Da michi ꝟtutē cōtra

hostes tuos. Oremus.

Gratiam tuam qs dn̄e mentibus nostris i̅fundē: ut qui angelo nunciante xp̄i filii tui incarnationem cognouimus: per passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriā perducamur. Per dn̄m nr̄m iesum xp̄m filium tuū.

Ad matutinas de cruce.



Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Dn̄e ad adiu

uandum me festina. Gloria patri et filio: et spi
ritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper
et in secula seculorum amen. an̄ Salue crux
preciosa que in sanguine christi dedicata es et
ex membris eius tanquam margaritis ornata. Hym.

Patris sapientia veritas diuina. Deus
homo captus est hora matutina. A suis
discipulis cito derelictus. A iudeis traditus
venditus et afflictus. ℣ Adoramus te christe
et benedicimus tibi ℟ Quia per sanctam cru
cem tuam redemisti mundum. Per signum sanc
te crucis liberet nos de inimicis nostris. Domine
deus noster. Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.

Domine ihesu christe fili dei viui pone pas
sionem crucem et mortem tuam inter
iudicium et animam meam nunc et in hora mor
tis mee: et largiri digneris viuis et misericor
diam et gratiam defunctis requiem et veniam:
ecclesie tue pacem et veram concordiam: et
nobis peccatoribus vitam et leticiam sempi
ternam. Qui viuis et regnas deus. Per om
nia secula seculorum. Amen.

Ad matutinas de sancto spiritu.



Domine labia mea aperies. Et os meum ānunciabit laudē tuā. Deus in adiutoriū meū intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria pr̄i et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum Amen. Hymnus

Nobis sancti spiritus gratia sit data. De qua virgo virginū fuit obūbrata. Cum per sanctum angelum fuit salutata. Verbum caro factum est virgo fecundata. ℣ Emitte spm̄ tuū et creabuntur. ℟ Et renouabis faciem terre. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus gratiam quam discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia scl'a sclor. Amen.

Ad primam.



Deus in
adiutori
um meũ
intende. Dñe ad
adiuuãdum me
festina. Gloria
pñi et filio: et spi
ritui sancto: Sic
erat in. Hymnus
Memento
salutis auc
tor quod nr̃i quondã
corporis ex illiba
ta virgine nascendo formam sumpseris. Maria
mater grã mr̃ mĩe tu nos ab hoste protege et ho
ra mortis suscipe. Gloria tibi dñe qui natus es
de virgine cum pñe et sc̃to spiritu in sempiterna se
cula. amen. añ Assumpta est. ps.
Deus in nõie tuo saluum me fac: et in virtute
tua iudica me. Deus exaudi orõnem me
am: auribus percipe oris mei. Qm̃ alieni insur
rexerunt aduersum me et fortes quesierunt aĩaz
meam: et non proposuerunt deum ante conspec
tum suum. Ecce enĩ deus adiuuat me: et dñs su
sceptor est anime mee. Auerte mala inimicis
meis: et in veritate tuã disperde illos. Volunta
rie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo dñe

qm̃ bonũ est. Quia ex omni tribulatione eri
puisti me: et super inimicos meos despexit ocul⁹
meus. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. ps
Benedixisti dñe terrã tuam: auertisti cap
tiuitatem iacob. Remisisti iniquitatẽ
plebis tue operuisti omnia pc̃ta eorum. Mitiga
sti omnem iram tuam auertisti ab ira indi
gnationis tue. Conuerte nos deus salutaris
nr̃: et auerte iram tuam a nobis. Numquid
in eternum irasceris nobis aut extendes iram
tuam: a generatione in gñationem. Deus
tu cõuersus viuificabis nos: et plebs tua leta
bitur in te. Ostende nobis dñe misericordiã
tuam: et salutare tuũ da nobis. Audiam
quid loquatur in me dñs deus: qm̃ loquetur
pacem in plebem suam. Et super sanctos
suos: et in eos qui cõuertuntur ad cor. Verũ
tamen prope timentes eum salutare ipsius: ut
inhabitet gloria in terra nostra. Misericor
dia et veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax
osculate sunt. Veritas de terra orta est: et iu
sticia de celo prospexit. Etenim dñs dabit beni
gnitatem: et terra nostra dabit fructum suũ.
Iusticia ante eum ambulabit: et ponet in
via gressus suos. Gloria pr̃i et filio. Quia ps.
Laudate dñm oẽs gentes: laudate eum
omnes populi. Quoniam confirmata est su

per nos misericordia eius: et veritas dñi manet
in eternũ. Gloria pñi et filio: et spiritui scõ. añ.
Assumpta est maria in celũ gaudent angeli
laudantes benedicunt dñm. Capitulum.
Que est ista que progreditur quasi au
rora consurgens pulchra ut luna: elec
ta ut sol: terribilis ut castrorũ acies ordinata.
Deo grãs. ℣ Dignare me laudare te virgo
sacrata. ℟ Da michi ṽtutem contra hostes
tuos. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieley
son. Oremus.
Deus qui virginalẽ aulam beate ma
rie virginis in qua habitares eligere
dignatus es da q̃s: ut sua nos defensione
munitos iocundos faciat sue interesse com
memorationi. Pro sanctis. ã Sancti dei
omnes intercedere dignemini pro nostra oĩm
q3 salute. ℣ Letamini in dño et exultate iusti.
℟ Et gloriamini oẽs recti corde. Oremus.
Exaudi nos deus salutaris noster: et apo
stolorum tuorum petri et pauli et aliorum apo
stolorum nos tuere presidiis quorum donasti fide
les esse doctrinis. Oro.
Omnes sancti tui q̃s dñe nos ubiq3 ad
iuvent ut dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Et pacem tuam no
stris concede temporibus: et ab ecclesia tua

cunctam repelle nequitiam. Iter actus et vo
luntates nostras et oīum famulor̄ tuor̄ in sa
lutis tue prosperitate dispone: benefactoribus
nostris sempiterna bona retribue: et omni
bus fidelibus defunctis requiem eternam con
cede. Per dn̄m nr̄m. Supra scripta cōmemo
ratio dicitur ad primam. ad sextam et ad com
pletorium. Ad primam de cruce.

Deus in adiutorium meum intēde. Do
mine ad adiuuandum me festina.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sancto. &c. An.

Salue crux preciosa que in sanguine xpi
dedicata es ex membris eius tanq̄ margari
tis ornata. Hymnus.

Hora prima ductus est iesus ad pyla
tum. Falsis testimoniis multum ac
cusatum. In collo percutiunt manibus li
gatum. Vultum dei conspuunt lumen
celi gratum. V. Adoramus te christe et be
nedicimus tibi. R. Quia per sanctā crucem tu
am redemisti mūdum. Per signū sancte
crucis liberet nos de inimicis nostris. Dn̄s
deus noster. Dn̄e exaudi orōnem meā. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.

Domine iesu xp̄e fili dei viui pone pas
sionem crucem et mortē tuā inter iu
dicium tuū et aīam meam nūc et in hora

mortis mee: et largiri digneris viuis miam
et gram: defunctis requiem et veniam: eccle
sie tue pacem et veram concordiā: et nobis
peccatoribus vitā et leticiam sempiternam.
Qui viuis et reg. Ad primā. de sancto spū.
Deus in adiutorium meum intende.
Dn̄e ad adiuuandum me festina.
Gloria pr̄i et filio: et spūi sancto. et c. an̄.
Veni sancte spūs reple tuorū corda fideli
um et tui amoris in eis ignem accende. hym̄.
De virgine maria christus fuit natus.
Crucifixus mortuus atque tumulatus.
Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et
ipsis cernentibus celis eleuatus. V. Emitte
spm̄ tuū et creabuntur. R. Et renouabis fa
ciem terre. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus: da nobis
illā sancti spūs grām quā discipulis tu
is in die sancto penthecostes transmisisti.
Qui viuis et c. Ad tertiam.



Deus in
adiutori
um meū
intende. Dn̄e
ad adiuuādum
me festina. Glo
ria pr̄i et filio: et

spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc
et semper: et in secl'a seclo℞. Amen. Hymn'.
Memento salutis auctor quod nostri quondā
corporis ex illibata virgine nascendo for
mā sumpseris. Maria mater grē mīr misericor
die tu nos ab hoste protege et hora mortis susci
pe. Gloria tibi dn̄e qui natus es de vgine cum
pr̄e et sancto sp̄u in sempiterna. Amen. Aāt.
Maria virgo. pūs.
Ad dn̄m cum tribularer clamaui: et ex
audiuit me. Dn̄e libera aīam meam a
labiis iniquis: et a lingua dolosa. Quid detur
tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolo
sam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus
desolatoriis. Heu michi quia incolatus meus
prolongatus est habitaui cum habitātibus
cedar: multum incola fuit aīa mea. Cum
his qui oderunt pacem eram pacificus: cū loque
bar illis ipugnabant me gratis. Gloria prī et
filio: et spiritui sancto. Sicut erat in. pūs.
Leuaui oculos meos in montes: vnde ve
niet auxilium michi. Auxiliū meum
a dn̄o qui fecit celum et terram. Non det in co
motionem pedem tuū: neqz dormitet qui custo
dit te. Ecce non dormitabit neqz dormiet: q̄
custodit israel. Dn̄s custodit te dn̄s protectio
tua: super manū dexteram tuā. Per diem sol

non vret te: neqz luna per noctem. Dns custodit
te ab omni malo: custodiat aiam tuam dns.
Dns custodiat introitum tuum et exitum tu
um: ex hoc nunc et usqz in seculum. Gloria pri &
filio et spiritui sancto. Sicut erat. An. pus.
Letatus sum in his que dicta sunt michi:
in domu dni ibimus. Stantes erant
pedes nostri: in atriis tuis iherusalem. Iheru
salem que edificatur ut ciuitas: cuius participa
tio eius in idipm. Illuc eni ascenderunt trib9
dni testimonium israel: ad confitendum nomi
ni domini. Quia illuc sederunt sedes in iudi
cio: sedes super domu dauid. Rogate que ad
pacem sunt ihrlm: et abundantia diligentibus
te. Fiat pax in vtute tua: et abundantia in tur
ribus tuis. Propter fres meos et proximos me
os: loquebar pacem de te. Propter domu dni
dei nostri: quesiui bona tibi. Gloria pri et fi.
an. Maria vgo assumpta est ad ethereu tha
lamum in quo rex regum stellato sedet solio. cap.
Et sic in syon firmata sum et in ciuitate
sanctificata similiter requieui: et in iheru
salem potestas mea. Deo gras. V. Diffusa est
gra in labiis tuis. R. Propterea benedixit te deus
in eternum. Kyrieleyson. Christe eleyson. Ky
rieleyson. Domine exaudi oronem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus qui salutis eterne beate marie vir
ginitate fecunda humano generi pmia
prestitisti: tribue qs: ut ipsam pro nobis inter
cedere sentiamus: per quem meruimus auc
torem vite suscipere dnm nrm iesum xpm fi
lium tuum. Amen. Comemoratio de sanctis. An.
Sancti dei oes intercedere dignemini pro nra
omniumqz salute. V. Letamini in dno et exultate
iusti. R. Et gloriamini oes recti corde. Oratio
Protege dne populu tuu et apostolorum
tuor petri et pauli et alior apostoloru
patrocinio confidente perpetua defensioe coser
ua. Per dnm. Oro.
Omnes sancti tui qs dne nos ubiqz adiu
uent vt du eor merita recolimus patro
cinia sentiamus. Et pace tua nostris concede
temporibus et ab ecclesia tua cuncta repelle ne
quitiam. Iter actus et voluntates nostras et om
nium famulor tuor in salutis tue prosperitate
dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona
retribue: et oibus fidelibus defunctis requiem et
nam concede. Per dnm. Dne exaudi oronem
meam. Et clamor meus ad te veniat. Bene
dicamus dno. Deo gras. Fidelium aie defunc
tor per miam dei sine fine requiescant i pace.
Amen.

Ad tertiam de cruce.

Deus in adiutorium meum intende. Do
mine ad adiuuandū me festina. Gloria
patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in pri
cipio et nūc et semper: et in sc̄la scloꝝ amen. an
Salue crux preciosa que in sāguine xp̄i dedi
cata es ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata
Crucifige clamitant hora tertia. Hymn⁹
rum. Illusus induitur veste purpurarū.
Caput eius pungitur corona spinarum.
Crucem portat humeris ad locum penarꝝ. ℣
Adoramus te xp̄e et benedicimus tibi. ℟ Quia
per sanctam crucem tuam redemisti mundū.
Per signū sancte crucis liberet nos de inimicis
nostris. Dn̄e deus noster. Dn̄e exaudi orōnē
meam. Et clamor meus ad te veniat. Orem⁹
Domine iesu xp̄e fili dei viui pone passio
nem crucem et mortē tuā inter iudicium
tuum et aīam meā nūc in hora mortis mee et
largiri digneris viuis miaꝫ et grām defunctis
requiē et veniā: ecclesie tue pacem verā cōcordiā:
et nobis pc̄toribus vitam et leticiam sēpiter
nam. Qui viuis et regnas deus. Per omīa
sc̄la scloꝝ Amen. Ad tertiam de sc̄o spū.
Deus in adiutoriū meū itende. Dn̄e
ad adiuuādū me festina. Gloria p̄ri &
filio: et spiritui sancto. Sicut erat in pricipio
et nūc et semper: et in sc̄la scloꝝ Amen. an.

Veni sancte spūs reple tuoꝝ corda fidelium et
tui amoris igneis ignem accende. Hymnus.

Dum sanctum spiritum deus delegavit.
In die penthecostes suos cōfortavit. Et de
linguis igneis ipsos inflāmavit. Relinquere or-
phanos eos denegavit. ℣ Emitte spūm tuū et
creabuntur. ℟ Et renovabis faciē terre. Dñe
exaudi orōem meā. Et clamor meus ad te ve-
niat. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis il-
lam facti spiritus grām quā discipulis
tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Per
dnm nrm iesum xpm. Ad sextam.



Deus in
adiuto
rium meū inten
de. Dñe ad ad
iuvādum me
festina. Gloria
patri et filio: et spi
ritui sancto. Si
cut erat in prin
cipio et nūc et
semper: et in se
cula seculorum
Amen.

Hymnus.

Memento salutis auctor quod nostri quo-
dam corporis ex illibata virgine nascendo
formam sumpseris. Maria mater gratie mater mise-
ricordie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum
patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.
an. In odorem ps.
Ad te levavi oculos meos: qui habitas
in celis. Ecce sicut oculi servorum: in ma-
nibus dominorum suorum. Sicut oculi ancille in ma-
nibus domine sue: ita oculi nostri ad dominum deum no-
strum: donec misereatur nostri. Miserere nostri
domine miserere nostri quia multum repleti sumus
despectione. Quia multum repleta est anima nostra:
opprobrium abundantibus et despectio superbis.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut.
Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc
israel: nisi quia dominus erat in nobis. Cum
exurgerent homines in nos: forte vivos deglu-
tissent nos. Cum irasceretur furor eorum in nos:
forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem per
transivit anima nostra forsitan pertransisset an-
ima nostra: aquam intollerabilem. Benedictus dominus
qui non dedit nos: in captionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo
venantium. Laqueus contritus est: et nos
liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine

Dñi: qui fecit et terram. Gloria pri et filio. ps
Qui confidunt in dño sicut mons syon:
non commouebitur ineternũ: qui habitat
in ihrlm. Montes in circuitu eius et dñs in
circuitu populi sui: ex hoc nũc et usqꝫ in sclm.
Quia non relinquet dñs virgam peccatorũ
super sortem iustorũ: ut non extendant iusti
ad iniquitatẽ manus suas. Benefac dñe bo
nis et rectis corde. Declinantes aũt in obliga
tiones adducet dñs cũ operãtibus iniquitatem:
pax super israel. Gloria pri et filio. et spiritui.
In odorem unguentorũ tuorũ currimus adoles
centule dilexerunt te nimis. Capitulum
Et radicaui in populo honorificato et in
partes dei mei hereditas illius et in ple
nitudine sanctorũ detentio mea. Deo grãs. V.
Benedicta tu in mulieribus. R. Et benedictus
fructus ventris tui. Kyrieleyson. Criste eleysõ.
Kyrieleyson. Dñe exaudi oronẽ meã. Et cla
mor meus ad te veniat. Oremus.
Concede misericors deus fragilitati nos
tre presidium: ut qui sancte dei genitri
cis et virginis marie memoriã agimus: inter
cessionis eius auxilio a nostris iniquitatibus
resurgamus. Per xpm dñm nrm. Amen. an.
Sancti dei oẽs intercedere dignemini pro nra
omniũqꝫ salute. V. Letamini in dño et exultate iusti.

℟ Et gloriamini oẽs recti corde. Oremus.
Exaudi nos deus salutaris noster: et a
postolorum tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidiis quorum donasti fi
deles esse doctrinis. Orõ
Omnes sancti tui qs dñe nos ubiq; ad
iuuent ut dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Et pacem tuã nr̃is
concede temporibus: et ab ecclesia tua cunctã
repelle nequitiam. Iter actus et voluntates
nostras et oĩm famulorum tuorum in salutis tue
prosperitate dispone: benefactoribus nostris
sempiterna bona retribue: et oĩbus fidelibus
defunctis requiẽ eternã concede. Per dñm.
Dñe exaudi orõnem meã. Et clamor meus
ad te veniat. Benedicamus dño. Deo grãs.
Fidelium aĩe defunctorum per mĩam dei sine fine
requiescat in pace. Ad sextam de cruce.
Deus in adiutorium meũ intende.
Dñe ad adiuuandũ me festina. Glo
ria p̃ri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat.
Añ Salue crux preciosa que in sanguine
xp̃i dedicata es et ex membris eius tanq; mar
garitis ornata. Hymnus
Hora sexta iesus est cruci conclauatus.
Et est cum latronibus pendens deputatus.
Pre tormentis sitiens felle saturatus.

Agnus crimen diluit sic ludificatus. ℣ Adora
mus te xpe et benedicimus tibi ℟ Quia per sctaȝ
crucem tuā redemisti mūdum. Per signū sancte
crucis libera nos de inimicis nostris. Dñs deus
noster. Dñe exaudi oronē meā. Et clamor me
us ad te veniat. Oremus
Domine iesu xpe fili dei vivi pone passio
nem crucē et mortē tuā inter iudiciū tuū
et aīam meam nūc et in hora mortis mee et largiri
digneris vivis misericordiam et grām defunctis re
quiem et veniā: ecclesie tue pacem et verā concordiā
et nobis pctoribus vitā et leticiam sempiternam.
Qui vivis et regnas deus. Per oīa secula seculo
rum. Amen. Ad sextam de scto spiritu.
Deus in adiutorium meū intende. Dñe ad
adiuuandum me festina. Gloria pri et fi
lio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio.
Veni sancte spūs reple tuor corda fidelium et
tui amoris in eis ignē accende. Hymnus.
Septiformā grām tunc acceptauerunt.
Quare ydiomata cuncta cognouerunt.
Ad diuersa climata mundi recesserunt. Et fi
dem catholicā tunc predicauerunt ℣ Emitte
spm tuū et creabuntur. ℟. Et renouabis faciē
terre. Dñe exaudi oronem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus da nobis illam

sancti spūs grām quam discipulis tuis in die sā-
cto penthecostes transmisisti. Qui viuis et re-
gnas deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amen.

Ad sextam de cruce.



Deus in adiutorium meū intende. Dñe ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et semper et in secula sclōꝝ. Amē.

Hymnus.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata virgine nascendo formam sumpseris. Maria mr grē mater misericordie tu nos ab hoste protege et hora mortis suscipe. Gloria tibi dñe qui natus es de virgine cum pře et sancto spū in sempiterna sclā. Amen. añ Pulchra es. ps.

In cōuertendo dñs captiuitatem syon: facti sumus sicut cōsolati. Tunc reple

tum est gaudio os nostrum: et lingua nostra
exultatione. Tunc dicent inter gentes: ma
gnificauit dñs facere cum eis. Magnificauit
dñs facere nobiscum: facti sumus letantes.
Conuerte dñe captiuitatem nr̄am: sicut tor
rens in austro. Qui seminant in lacrimis:
in exultatione metent. Euntes ibant et flebāt:
mittentes semina sua. Uenientes aūt venient
cum exultatione: portantes manipulos suos.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Ps.
Nisi dñs edificauerit domū: in vanū labo
rauerunt qui edificant eam. Nisi dñs
custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custo
dit eam. Uanum est vobis ante lucem surge
re: surgite postquam sederitis qui manducatis pane
doloris. Cum dederit dilectis suis somnum: ec
ce hereditas dñi filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excus
sorum. Beatus vir qui impleuit desiderium
suum ex ipsis: non cōfundetur cū loquetur ini
micis suis in porta. Gloria patri et filio etc. Ps.
Beati omnes qui timent dñm: qui ambulāt
in vijs eius. Labores manuum tuarum
quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis abundans: in lateribus
domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarū:
in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur ho

mo: qui timet dñm. Benedicat tibi dñs ex
syon: et videas bona ihrlm oībus diebus vite
tue. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacem super
israel. Gloria prī et filio: et spiritui scō. Sic.
Pulchra es et decora filia ihrlm terribilis ut
castrorum acies ordinata. Capitulum.
In pleteis sicut cynamomū et balsamū
aromatizans odorē dedi quasi mirra elec
ta dedi suauitatem odoris. Deo grās. ℣. Post
partum vgo inuiolata permansisti. ℟. Dei geni
trix intercede pro nobis. Kyrieleyson. Criste
eleyson. Kyrieleyson. Dñe exaudi orōnē me
am. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Famulorꝝ tuorꝝ qs dñe delictis ignosce:
ut qui tibi placere de actibus nostris nō
valemus genitricis filij tui dñi nostri iesu
xpi intercessione saluemur. Per dñm nrm. añ.
Sancti dei oēs intercedere dignemini pro no
stra omniūqꝫ salute. Letamini in dño et exulta
te iusti. Et gloriamini oēs recti corde. Oremus.
Presta qs omps deus: ut nullis permittas
nos perturbationibus concuti: quos in a
postolice confessionis petra solidasti.
Omnes sancti tui qs dñe nos vbiqꝫ. Ut supra.
Ad nonam de cruce.
Deus in adiutoriū meum intende. Dñe
ad adiuuandum me festina. Gloria prī

et filio et spiritui sancto. Sicut erat i. et c. An.
Salue crux preciosa que in sanguine christi
dedicata es et ex membris eius tanquam margari
tis ornata. Hymnus.

Hora nona dominus iesus expirauit. Hely
clamans animam patri commendauit. Latus
eius lancea miles perforauit. Terra tunc con
tremuit et sol obscurauit. ℣ Adoramus te christe
et benedicimus tibi ℟ Quia per sanctam
crucem tuam redemisti mundum. Oratio.
Domine iesu christe. vt supra. Ad nonam de
sancto spiritu.

Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiuuandum me festi
na. Gloria patri et filio et spiritui sancto. et c. An.
Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium
et tui amoris in eis ignem accende. Hymnus

Spiritus paraclitus fuit appellatus.
Donum dei caritas fons viuificatus.
Spiritalis vnctio ignis inflammatus. Sep
tiformis gratia carisma vocatus. ℣ Emitte spi
ritum tuum et creabuntur. ℟ Et renouabis
faciem terre. Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis
illam sancti spiritus gratiam quam discipu
lis tuis in die sancto penthecostes transmisisti
Per dominum. Ad vesperas.



Deus in adiutorium meum itende. Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculor̄. Amen. añ Dum esset. ps.
Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos: scabellum pe

dum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dominus
ex syon: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue: in splen
doribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui
te. Iuravit dominus et non penitebit eum: tu es sa
cerdos ineternum secundum ordinem melchisedech.
Dominus a dextris tuis: confregit in die ire sue re
ges. Iudicabit in nationibus implebit rui
nas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: propterea exaltabit
caput. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. etc. an.
Dum esset rex in accubitu suo nardus mea
dedit odorem suavitatis. a. Leva eius. Psalmus.
Laudate pueri dominum: laudate nomen do
mini. Sit nomen domini benedictum: ex
hoc nunc et usque in seculum. A solis ortu usque ad
occasum: laudabile nomen domini. Excelsus su
per omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus deus noster qui in altis ha
bitat: et humilia respicit in celo et in terra. Su
scitans a terra inopem: et de stercore erigens pau
perem. Ut collocet eum cum principibus: cum
principibus populi sui. Qui habitare facit ste
rilem in domo: matrem filiorum letantem.
Gloria patri et filio: et spiritui sancto. etc. a.
Leva eius sub capite meo et dextera illius ample
xabitur me. an. Nigra sum. Psalmus

Letatus sum in his que dicta sunt michi:
in domū dñi ibimus. Stantes erant pedes
nostri: in atriis tuis ihr̄lm. Ierusalem que
edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius
in idipsum. Illuc eñ ascenderunt tribus tri
bus dñi testimonium israel: ad confitendum
nomini domini. Quia illic sederunt sedes in
iudicio sedes super domum dauid. Rogate q̄
ad pacem sunt ihr̄lm: et abundātia diligenti
bus te. Fiat pax in v̄tute tua: et abundantia
in turribus tuis. Propter fratres meos et pro
ximos meos: loquebar pacem de te. Propter
domum dñi dei nostri: quesiui bona tibi.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sancto. et c. an
Nigra sum sed formosa filia ihr̄lm ideo di
lexit me rex et introduxit me in cubiculum
suum. an Iam hyems. pš.
Nisi dñs edificauerit domū: in uanum la
borauerunt qui edificant eam. Nisi dñs
custodierit ciuitatem: frustra uigilat qui
custodit eam. Uanū est vobis ante lucem
surgere: surgite postq̄ sederitis qui man
ducatis panem doloris. Cum dederit dilec
tis suis somnum: ecce hereditas dñi filij merces
fructus vētris. Sicut sagitte in manu potē
tis: ita filij excussoꝝ. Beatus vir qui imple
uit desiderium suum ex ipsis: non cōfundet.

cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria patri
et filio: et spiritui sancto. Sicut erat. et c. an.
Iam hyems transiit ymber abiit et recessit sur
ge amica mea et veni. an. Speciosa. Psalmus.
Lauda iherusalem dominum: lauda deum
tuum syon. Quoniam confortavit seras porta
rum tuarum: benedixit filiis in te. Qui posuit fi
nes tuos pacem: et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terre: velociter cur
rit sermo eius. Qui dat nivem sicut lanam: ne
bulam sicut cinerem spargit. Mittit cristal
lum suum sicut buccellas: ante faciem frigoris
eius quis sustinebit. Emittet verbum suum
et liquefaciet ea: flabit spiritus eius et fluent aque.
Qui annunciat verbum suum iacob: iusticias et
iudicia sua israel. Non fecit taliter omni
nationi: et iudicia sua non manifestavit
eis. Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Speciosa facta es et suavis in deliciis tuis
sancta dei genitrix. Capitulum.
Ab initio et ante secula creata sum et
usque ad futurum seculum non desinam:
et in habitatione sancta coram ipso ministra
vi. Deo gratias. Hymnus.
Ave maris stella dei mater alma: atque
semper virgo felix celi porta. Sumens
illud ave gabrielis ore: funda nos pace mu
tans nomen eue. Solve vincla reis profer

lumen cecis: mala nr̃a pelle bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem sumat per te preces:
qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo
singularis inter oẽs mitis: nos culpis solutos
mites fac et castos. Vitam presta puram iter
para tutum: ut videntes ihm̃: semper collete
mur. Sit laus deo pr̃i summo xp̄o decus spi
ritui sancto tribus honor vnus. Amen. ℣.
Diffusa est grã in labiis tuis. ℟. Propterea
benedixit te deus in eternum. Canticum.
Magnificat aĩa mea dominum. Et exul
tauit spũs meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ec
ce enim ex hoc beatam me dicent omnes gene
rationes. Quia fecit michi magna qui po
tens est: et sanctum nomen eius. Et miseri
cordia eius a progenie in progenies timentib⁹
eum. Fecit potentiam in brachio suo: disper
sit superbos mente cordis sui. Deposuit poten
tes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes
impleuit bonis: et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum: recordatus
misericordie sue. Sicut locutus est ad pr̃es
nostros: abraham et semini eius in secula.
Gloria pr̃i et filio: et spiritui sancto. etc. An.
Beata mater et inupta virgo gloriosa regina
mũdi intercede pro nobis ad dñm. Kyrieleyson.

Christe eleyson. Kyrieleyson. Dñe exaudi
oronem meã. Et clamor meus ad te veniat.
COncede nos famulos tuos Oremus.
quesumus dñe deus perpetua mentis
et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beate
marie semper virginis intercessione a presenti libe
ri tristicia: et eterna perfrui leticia. Per dñm.
Comemoratio de sctis. A. Sancti dei oẽs inter
cedere dignemini pro nr̃a omniumqz salute.
V. Letamini in dño et exultate iusti. R. Et
gloriamini oẽs recti corde. Oremus.
PRotege dñe populum tuũ et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum apostolo
rum patrocinio confidentem perpetua defẽ
sione conserua. Per. Oremus.
OMnes sancti tui q̃s dñe nos vbiqz adiu
uent: vt dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus. Et pacem tuã nr̃is
concede temporibus et ab ecclesia tua cunc
tam repelle nequitiam. Iter actus et volun
tates nostras et oĩum famulorum tuorum in sa
lutis tue prosperitate dispone: benefactori
bus nostris sempiterna bona retribue: et oĩ
bus fidelibus defunctis requiem eternam
concede. Per dñm. Dñe exaudi oronem
meã. Et clamor me9 ad te veniat. Benedi
camus dño. Deo grãs. Fidelium anime defūc

torum per misericordiā dei sine fine requiescant in pace. Amen. Ad vesperas de cruce.

Deus in adiutorium meum itende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria pr̄i et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et semper: et in secula seculorum. Amen. an̄ Salue crux preciosa que in sanguine xp̄i dedicata es et ex membris eius tanq̄ margaritis ornata. Hymnus.

De cruce deponitur hora vespertina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talē mortem subijt vite medicina. Heu corona glorie iacuit spina. V. Adoramus te xp̄e et benedicimus tibi R. Quia per sanctā crucem tuā redemisti mūdum. Oremus.

Domine iesu xp̄e fili dei viui pone passionē crucem et mortē tuā inter iudicium tuū et aīam meā nunc et in hora mortis mee et largiri digneris viuis miāz et gratiā: defunctis requiē et veniā: ecclesie tue pacem et verā concordiā: et nobis peccatoribus vitā et leticiam sempiternā. Qui viuis et reg. Ad vesperas de sancto spiritu.

Deus in adiutoriū meū intēde. Dn̄e ad adiuuādum me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nūc et semper: et i. an̄.

Veni sancte spūs reple tuoꝝ corda fideliū
et tui amoris in eis ignem accende. Hymnus
Dextre dei digitus virtus spiritalis. Nos
defendat eruat ab oībus malis. Ut no
bis non noceat demon infernalis. Sed pro
tegat foveat nutriat sub alis. ℣ Emitte spi
ritum tuū et creabuntur. ℟ Et renovabis
faciem terre. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus da nobis
illam sancti spiritus gratiam quā dis
cipulis tuis in die sancto penthecostes trans
misisti. Per dnm. Ad completorium.



Conuerte nos deus salutaris. Et
auerte iram tuā a nobis. Deus in
adiutoriū meum intende. Dñe ad
adiuuandū me festina. Gloria pr̄i et filio. ps.
Sepe expugnauerunt me a iuuētute mea:
dicat nunc israel. Sepe expugnauerūt
me a iuuētute mea: etenim non potuerunt mi
chi. Supra dorsum meū fabricauerunt pec
catores: prolongauerunt iniquitatē suam.
Dñs iustus concidet ceruices peccatorū con
fundantur et cōuertantur retrorsum omnes
qui oderunt syon. Fiant sicut fenū tectorum:
quod priusq̄ euellatur exaruit. De quo non
impleuit manū suam qui metet: et sinū suū
qui manipulos colliget. Et non dixerunt q̄
preteribāt benedictio dñi super vos: benediximꝰ
vobis in nomine dñi. Gloria pr̄i et filio. ps.
De profundis clamaui ad te dñe: dñe ex
audi vocem meā. Fiant aures tue in
tendentes: in vocem deprecationis mee. Si ini
quitates obseruaueris dñe: dñe quis sustine
bit. Quia apud te propiciatio est: et propter
legem tuā sustinui te dñe. Sustinuit aīa
mea in verbo eius: sperauit aīa mea in dño.
A custodia matutina vsq; ad noctem: spera
et in dño. Quia apud dñm misericordia: et
copiosa apud eum redemptio. Et ipse redi

met israel: ex oībus iniquitatibus eius.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui scō: Sicut. Ps.
Domine non est exaltatum cor meū: neqȝ e-
lati sunt oculi mei. Neqȝ ābulaui in
magnis: neqȝ in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui
aīam meam. Sicut ablactatus est super
matre sua: ita retributio in aīa mea. Spe-
ret israel in dño: ex hoc nunc et usqȝ in sclm̄.
Gloria pr̄i et filio: et spiritui sancto. Hymnus
Memento salutis auctor quod nostri quondam
corporis ex illibata virgine nascendo formā
sumpseris. Maria mr̄ grē mr̄ mīe tu nos
ab hoste protege et hora mortis suscipe. Glo-
ria tibi dñe qui natus es de virgine cū prē et sā-
cto spū: in sempiterna secula. Amen. Capitulū.
Ego mr̄ pulchre dilectionis et timoris
et magnitudinis et sancte spei. Deo
gratias. ℣ Ora pro nobis sanctissima dei ge-
nitrix. ℟ Ut digni efficiamur promissio-
nibus xp̄i. Añ. Sub tuum. Canticum
Nunc dimittis seruum tuum dñe: secū-
dum verbum tuū in pace. Quia vide-
runt oculi mei: salutare tuū. Quod parasti
ante faciem oīm populorū. Lumen ad reue-
lationem gentiū: et gloriam plebis tue isra-
el. Gloria pr̄i et filio: et spūi scō. et c. Añ.

Sub tuum presidium confugimus sancta
dei genitrix nr̃as deprecationes ne despicias ĩ
necessitatibus nostris sed a periculis cunctis
libera nos semper virgo benedicta. Kyrieleyson.
Christe eleyson. Kyrieleyson. Dñe exaudi
oronem meã. Et clamor meus. etc. Oremus.
Beate et gloriose semperq; virginis marie
qs̃umus dñe intercessio gloriosa nos
protegat: et ad vitã perducat eternam. Per.
Cõmemoratio de sctis. Añ. Sancti dei oẽs intercede
re dignemini pro nr̃a omniq; salute. ℣ Leta
mini in dño et exultate iusti. ℟ Et gloriami
ni omnes recti corde. Oremus.
Exaudi nos deus salutaris noster: et apo
stolorum tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidiis quorũ donasti
fideles esse doctrinis. Oro.
Omnes sancti tui qs dñe nos ubiq; adiu
vent ut dum eorum merita recolimus pa
trocinia sentiamus. Et pacem tuã nostris
concede tẽporibus et ab ecclesia tua cunctam re
pelle nequitiam. Iter actus et voluntates no
stras et omnium famulorum tuorum in salutis tue
prosperitate dispone: benefactoribus nostris
sempiterna bona retribue: et omnibus fidelibus
defunctis requiẽ eternã concede. Per dñm.
Dñe exaudi oronem meã. Et clamor meus

ad te veniat. Benedicamus dño. Deo grãs
Fidelium aĩe defunctorum per misericordiã dei
sine fine requiescant in pace. Amen. Benedi
cat et custodiat nos omñs et misericors dñs
pr̃ et filius et spũs sanctus. Amen.

Ad completorium de cruce.

Converte nos deus salutaris nr̃. Et
averte irã tuã a nobis. Deus in adiu
torium meũ intende. Dñe ad adiuuãdum
me festina. Gloria pr̃i et filio: et c. Antiphona.
Salve crux preciosa que in sanguine xp̃i
dedicata es et ex membris eius tanq̃ marga
ritis eius ornata. Hymnus.

Hora completorii datur sepulture. Cor
pus xp̃i nobile spes vite future. Condi
tur aromate cõplentur scripture. Iugi sit me
moria mors hec michi cure. ℣ Adoramus te
xp̃e et benedicimus tibi ℟ Quia per sanctam
crucem tuã redemisti mundum. Per signum
sancte crucis liberet nos de inimicis nostris.
Dñs deus noster. Dñe exaudi orõnem meã.
Et clamor meus ad te veniat. Oremus.
Domine iesu xp̃e fili dei vivi pone passio
nem crucem et mortem tuã inter iudici
um tuũ et aĩam meã nunc et in hora mortis
mee et largiri digneris vivis misericordiam
et grãm: defunctis requiẽ et veniam: ecclesie

tue pacem et veram concordiam: et nobis pec
catoribus vitam et leticiā sempiternam. Qui
vivis et reg. Recommendatio.

Has horas canonicas cum devotione. Ti
bi xpe recolo pia ratione. Ut qui pro me
passus es amoris ardore. Sis michi solatiū
in mortis agone. Ad cōplet. de sancto spiritu.

Converte nos deus salutaris noster.
Et averte iram tuam a nobis. Deus
in adiutoriū meum intende. Dñe ad adiuvā
me festina. Gloria pri et filio: et spūi scō. &c.
Veni sancte spūs reple tuor corda fideliū
et tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

Spiritus paraclitus nobis velit inna
re. Gressus nros regere et illuminare.
Ut cum deus venit oēs iudicare. Nos velit
ad dexteram suam appellare. ℣ Emitte spi
ritum tuū et creabuntur. ℟ Et renovabis
faciem terre. Dñe exaudi orōnē meā. Et
clamor meus ad te veniat. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus da nobis
illam sancti spūs grām quā discipu
lis tuis in die sancto penthecostes tribui
sti. Qui vivis et regnas deus. Per oīa
secula seculorum. Amen.

Recommendatio

Has horas canonicas cum deuotione. Ti
bi sancte spiritus pia ratione. Dixi vt
nos visites inspiratione. Vt viuamus iu
giter celi regione.

Salue regina mĩe vita dulcedo et spes
nr̃a salue ad te clamamus exules filij
eue. Ad te suspiramus gementes et flentes
in hac lachrymarũ valle. Eya ergo aduo
cata nostra illos tuos misericordes oculos
ad nos conuerte. et iesum benedictum fruc
tum ventris tui nobis post hoc exiliũ osten
de. O clemens. O pia. O dulcis maria. ℣
Aue maria grã plena dñs tecum. ℟ Bene
dicta tu in mulieribus et bñdictus fructus
ventris tui. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui glorio
se virginis matris marie corpus et aĩaz
vt dignum filij tui habitaculum effici me
reretur: spiritu sancto cooperante preparasti:
eius pia intercessione ab instantibus malis
et a morte perpetua atqz subitanea liberemur.
Per Dñm. Fidelium aĩe defunctoꝝ per mi
sericordiã dei sine fine requiescant ĩ pace amẽ.

Deus misereatur nostri et benedicat no
bis illuminet vultum suũ super nos:
et misereatur nostri. Vt cognoscamus in ter
ra viam tuam: in oĩbus gentibus salutare

tuum. Confiteantur tibi populi deus: cofiteantur tibi populi omnes. Letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate: et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus deus noster: benedicat nos deus et metuant eum omnis fines terre. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. et c. ℣ Domine deus virtutum converte nos. ℟ Et ostende faciem tuam et salvi erimus. ℣ Exurge christe adiuva nos. ℟ Et libera nos propter nomen tuum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oremus.

Deus qui illuminas noctem et lucem post tenebras facis: concede nobis famulis tuis: ut hanc noctem sine ullo impedimento sathane transeamus atque in matutinis horis: ad sanctum altare tuum recurrentes tibi domino deo vivo et vero laudes et gratias referamus. Per dominum nostrum. Oremus.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. Per dominum. et c.

Pro fidelibus defunctis. ps. De profundis. ℣ Requiem eternam dona eis domine. ℟ Et lux per

petua luceat eis. Dñe exaudi orōnem meam.
Et clamor meus ad te veniat. Require orō
nes in officio pro defunctis.
In aduētu dñi officium bte marie dicitur modo
predicto. exceptis specialibus antiphonis in tempo
re inferius ordinatis. ¶ Ad vespas primi sab
bati de aduētu dñi usqz ad vigiliā natiuitatis
dñi dicit' officiū modo subscripto. Sabbato ante
primā dñicam de aduentu. ¶ Ad vesperas
Deus in adiutorium meum intende. Dñe
ad adiuuandum me festina. Gloria
patri et filio: et spūi sancto. Sicut erat. &c. añ
Missus est cum reliquis añis de laudibus.
ps Dixit dñs. Laudate pueri. cū reliquis ps.
Egredietur virga de radice iesse Caplm.
et flos de radice eius ascendet: et requies
cet super eum spūs dñi. Deo grās. Hymnus
Aue maris stella ℣ Diffusa est grā in labiis
tuis. ℟ Propterea benedixit te deus ī eternū.
Ad magnif. añ Spiritus sanctus in te descē
det maria ne timeas habens in vtero filium
dei alleluya. Kyrieleyson. Christe eleyson.
Kyrieleyson. Dñe exaudi orōnē meā. Et cla
mor meus ad te veniat. Oremus.
Deus qui de bte marie virginis vtero ver
bum tuum angelo nūciante carnem
suscipere voluisti: presta supplicibus tuis

ut qui vere eam dei genitricem credimus eius
apud te intercessionibus adiuvemur. Per
eundem dñm nostrum iesum xpm filium tu
um. Qui tecu vivit et reg. et c. añ.
Ecce dñs veniet et oms sancti eius cum eo
et erit in die illa lux magna alleluya. ℣ Ecce
apparebit dñs super nubem candidam. ℟ Et cu
eo sanctorum milia. Oremus.
Conscientias nostras qs dñe visitando
purifica: veniens dñs nr iesus xpus cum
oibus sanctis paratam sibi in nobis inveni
at mansionem. Qui tecum vivit et reg. &c.
Benedicamus dño. Deo gratias.

Ad completorium

Converte nos deus salutaris nr. Et
averte iram tuam a nobis. Deus in ad
iutorium intende. Dñe ad adiuvandu me
festina. Gloria pri et filio: et spui sancto. &c. ps
Sepe expugnaverunt me. De profundis.
Dñe non est exaltatum. &c. Hymn. Meme
to salutis auctor q nostri quonda. Caplm
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vo
cabitur nomen eius emanuel: butirum
et mel comedet: ut sciat reprobare malum et
eligere bonum. Deo gratias. ℣ Angelus dñi
nunciavit marie. ℟ Et concepit de spu sancto.
añ. Spus sanctus. Quere in primis vesperis

Ad matutinas oīa dicuntur sicut ante ad
uentū dn̄i usqz ad lectiones: excepta antipħa
noui psalmi. et loco eius ubi dicitur: Post par
tum: dicitur antipħa. Angelus dn̄i. Et lo
co illarū lectionum: scilicet in oībus requiem.
Et sic in syon. Et quasi cedrus. dicuntur lec
tiones que sequuntur. Lectio prima.

Missus est gabriel angelus a deo in ciui
tatem galilee cui nomen nazareth ad
v̄ginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph
de domo dauid et nomen v̄ginis maria. Et in
gressus angelus ad eam dixit. Aue maria
grā plena dn̄s tecum. benedicta tu in mulieri
bus. Tu autē dn̄e miserere nr̄i. Deo gratias.

R. Missus est gabriel angelus ad mariā vir
ginem desponsatam ioseph nūcians ei verbū
et expauescit virgo de lumine: ne timeas ma
ria inuenisti grām apud dn̄m. Ecce concipies
et paries filium et vocabitur altissimi filius.
V. Dabit ei dn̄s sedem dauid patris eius et re
gnabit in domo iacob ineternum. Ecce conci
pies et paries filium. Lc̄o secunda.

Que cum audisset turbata est in sermone
eius et cogitabat qualis esset ista saluta
tio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria in
uenisti enim grām apud deum. Ecce concipies
in utero et paries filium. Et vocabis nomen


eius iesum. Hic erit magnus et filius altissi
mi vocabitur. Et dabit illi dn̄s deus sedem da
uid patris eius et regnabit in domo iacob ine
ternum: et regni eius non erit finis. Tu aut̄.
℟ Aue maria. Sp̄us sanctus superueniet in
te et v̄tus altissimi obūbrabit tibi: qd̄ eñ ex te
nascetur sanctū vocabitur filius dei. ℣. Quo
modo fiet istud qm̄ virum non cognosco. Et
respondens angelus dixit ei. Sp̄us sanctus
superueniet in te. &c. Lectio tertia.
Dixit aūt maria ad angelum. Quomo
do fiet istud qm̄ virum non cognosco.
Et respondens angelus dixit ei. Sp̄us sanc
tus superueniet in te: et virtus altissimi obum
brabit tibi. Ideoq3 et quod nascetur ex te sanc
tum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth co
gnata tua et ipsa concepit filium in senectute
sua. Et hic mensis est sextus illi q̄ vocatur ste
rilis quia non erit impossibile apud deum om
ne verbum. Dixit aūt maria. Ecce ancilla
dn̄i. Fiat michi secd̄m verbum tuum. Tu aūt
dn̄e. ℟ Suscipe verbum v̄go maria quod ti
bi a dn̄o per angelum transmissum est: conci
pies deum pariter et hominē. Vt benedicta
dicaris inter omnes mulieres. Paries quidē
filium et virginitatis non patieris detrimen
tum: efficieris grauida et eris mr̄ sēp īntacta.

Ut benedicta. Gloria pr̄i et filio et spūisancto.
Ut benedicta dicaris. In laudibus
Missus est gabriel angelus ad mariā virgi
nem desponsatam ioseph. ps Dn̄s regna
uit decorem. añ Aue maria grā plena dn̄s tecū
benedicta tu in mulieribus et benedictus fruc
tus ventris tui alleluya ps Jubilate deo oīs. añ.
Ne timeas maria inuenisti grām apud dn̄m:
ecce concipies et paries filiū all'a ps Deus deus
meus. añ Dabit illi dn̄s sedem dauid patris ei9
et regnabit in domo iacob ineternum ps Bene
dicite oīa. añ. Ecce ancilla dn̄i: fiat michi secū
dum verbum tuum. ps Laudate dn̄m de celis. Ut
supra. Cap. Egredietur virga. Hymnus
O gloriosa dn̄a. ℣ Benedicta tu in mulieri
bus. ℟ Et benedictus fructus ventris tui. Ad
Benedictus. añ. Spūssanctus. &c. Kyrieley
son. Criste eleyson. Kyrieleyson. Orō Deus
qui de beate marie. añ Ecce dn̄s veniet. ℣.
Ecce apparebit dn̄s ℟ Et cum eo. Orō Consci
entias nostras. et c. Quere totum ī primis vesperis.
Aue stella matutina Ad primā. añ. Missus
est gabriel ℣ Dignare me laudare te virgo
sacrata. ℟ Da michi v̄tute cōtra hostes tuos.
Orō. Deus qui de b̄te marie. añ. Ecce dn̄s ve
niet. ℣ Ecce apparebit dn̄s. ℟ Et cum eo. Orō.
Conscientias n̄ras. Et dicitur ad oēs horas.
Ad terciam. añ

Aue maria. Capm̄. Egredietur virga. vers.
Diffusa est grã in labiis tuis. ℞. Propterea
benedixit te deus in eternum. Pro sanctis ut
supra. Ad sextã. añ. Ne timeas. Capm̄.
Dabit ei dñs sedem dauid pr̄is eius &
regnabit in domo iacob in eternũ: et
regni eius non erit finis. Deo gratias. versus.
Benedicta tu in mulieribus. ℞. Et benedic
tus fructus uentris tui. Pro sanctis ut s.
Ad nonam. añ. Ecce ancilla. Capm̄. Ecce
v̄go concipiet. ℣. Angelus dñi nũciauit ma
rie. ℞. Et concepit de spũsancto. Orõnes et
v̄sus de sanctis ut s. Ad vesperas. et cõpletorium
ut supra. Benedicamus dño. Deo gratias.
Notandum est q̄ aduentus dñi semper inci
pit in dñica proximiori festo sancti andree siue
sit ante siue post. Verũtamen si accidat q̄ fes
tum sancti andree cadat in dñica etiam ibi in
dñica debemus incipere aduentum domini.
Et quando festum beati andree est in die iouis
veneris uel sabbati aduentus dñi erit in dñi
ca sequenti. Quando vero est in die lune
martis vel mercurij aduentus dñi incipit in
dñica precedenti. Et hec sufficiant. Ulteri
us notandum est. q̄ a vigilia natiuitatis dñi
usq̄ ad purificationem beate marie fit officiũ
sicut ante aduentum: excepto q̄ per oẽs horas

dicitur hec oro. Deus qui salutis. additis oro
nibus de apostolis cum aliis et cū suis versicul'
et anthiphonis sicut notatum est ante aduentū
in officio. Et nota ꝙ nichil mutatur in ma
tutinis: sed dicitur a longum sicut sunt nota
ta. Item ad laudes et per omes horas diei
et ad vesperas et ad completorium dicuntur ā
tiphone que sequuntur. quia loco illius anti
phone. Assumpta est dicitur hec aña. O admi
rabile comercium creator generis humani aīa
tum corpus sumens de vgine nasci dignat'
est et procedens homo sine semine largitus
est nobis suam deitatem. ps̄. Dn̄s regnauit
v supra. añ. Quando natus es ineffabili
ter de virgine maria tunc implete sunt
scripture sicut pluuia in vellus descendisti
vt saluum faceres genus humanum te
laudamus deus noster. ps̄. Jubilate deo.
añ. Rubum quem viderat moyses incum
bustum conseruatam agnouimus tuam
laudabilem vginitatem dei genitrix intercede
pro nobis. ps̄. Deus deus meus. añ. Ger
minauit radix iesse orta est stella ex iacob
virgo peperit saluatorem te laudamus deus
noster. ps̄. Benedicite oīa. añ. Ecce maria
genuit nobis saluatorem quem iohannes
videns exclamauit dicens: ecce agnus dei ecce

qui tollit peccata mundi. alleluya. ps. Lauda
te dnm de celis. an. Mirabile misterium de
claratur hodie innouentur nature deus homo
factus est: id quod fuit permansit: et quod nõ
erat assumpsit non cõmixtionem passus neqz
diuisionem. ps. Benedictus dns deus isra
el. Ad magnificat. an. et a nunc dimittis.
Magnum hereditatis misterium templũ
dei factus est uterus nesciens uirum non est
pollutus ex ea carnem assumens omes gentes
venient dicentes gloria tibi dne.
Sciendum est qz a vigilia pasche usqz ad
ascentionem dni fit officium beate marie sicut
ante aduentum dni. Excepto qz ad benedictus
et ad magnificat et nunc dimittis. Et in fine
cuiuslibet hore dicitur hec antiphona.
Regina celi letare alleluya. Quia quem me
ruisti portare alleluya. Resurrexit sicut dixit
alleluya. Ora pro nobis deum alleluya.



Domine ne in furore tuo arguas
me: neq; in ira tua corripias me.
Miserere me dñe qm infirmus sũ:
sana me dñe qm conturbata sunt ossa mea.
Et aĩa mea turbata est valde: sed tu dñe usq;
quo Convertere dñe et eripe aĩam meam sal
vum me fac propter misericordiam tuã. Quo
niam non est in morte qui memor sit tui: in
inferno autem quis confitebitur tibi. Labo

raui in gemitu meo lauabo per singulas noctes
lectum meum: lacrimis meis stratū meum
rigabo. Turbatus est a furore oculus meus:
inueteraui inter oēs inimicos meos. Disce
dite a me oms qui operamini iniquitatem:
qm̄ exaudiuit dn̄s vocem fletus mei. Exau
diuit dn̄s deprecationē meā: dn̄s orōnem
meā suscepit. Erubescant et cōturbentur
vehementer omēs inimici mei: conuertantur
et erubescant valde velociter. Gloria pr̄i et fi
lio: et spiritui sancto. Sicut erat in p̄.
Beati quorum remisse sunt iniquitates: et
quorum tecta sunt peccata. Beatus vir
cui non iputauit dn̄s peccatū: nec est in spū
eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerunt ossa
mea: dum clamarē tota die. Quoniā die ac
nocte grauata est super me manus tua: conuer
sus sum in erūna mea: dum configitur spi
na. Delictum meū cognitū tibi feci: et iniu
sticiam meā non abscondi. Dixi confitebor
aduersum me iniusticiam meam dño: et tu re
misisti impietatem peccati mei. Pro hac ora
bit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.
Verūtamen in diluuio aquarum multarū:
ad eum non approximabunt. Tu es refugi
um a tribulatione que circumdedit me: exulta
tio mea: erue me a circundantibus me. In

tellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus nō est intellectus. In chamo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantē autē in dño mia circumdabit. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini omēs recti corde. Gloria pri et filio: et spui sancto &c. Ps

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz in ira tua corripias me. Qm sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manū tuam. Non est sanitas in carne mea: a facie ire tue non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Qm iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usqz in finem: tota die contristatus ingrediebar. Qm lumbi mei īpleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Dñe ante te omē desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meū cōturbatū est dereliquit me vtus mea: et lumen oculorū

meoꝝ: et ipm̄ non est mecum. Amici mei ⁊
proximi mei: aduersum me appropinquaue
runt et steterunt. Et qui iuxta me erant
de longe steterunt: et vim faciebant qui q̄
rebant aīam meā. Et qui inquirebāt ma
la michi locuti sunt vanitates: ⁊ dolos to
ta die meditabantur. Ego autē tanq̄
surdus non audiebam: ⁊ sicut mutus non
aperiens os suū. Et factus sum sicut ho
mo non audiens: et non habens in ore suo
redargutiones. Quī in te dn̄e speraui: tu
exaudies me dn̄e deus meus. Quia dixi
nequando super gaudeant michi inimichi
mei: ⁊ dum cōmouentur pedes mei super
me magna locuti sunt. Quī ego in flagel
la paratus sum: ⁊ dolor meus in conspectu
meo semper. Quoniam iniquitatē meam
annūciabo: ⁊ cogitabo pro peccato meo.
Inimici aūt mei viuunt ⁊ cōfirmati sunt
super me: et multiplicati sunt qui oderunt
me inique. Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant michi: qm̄ sequebar bonitatē.
Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne
discesseris a me. Intende in adiutorium
meum: dn̄e deus salutis mee. Gloria pri.
Miserere mei deus: scdm magnā miam
tuam. Et scdm multitudinem mise

rationum tuaꝝ: dele iniquitatem meam. Am
plius laua me ab iniquitate mea: et a peccato
meo munda me. Qm̄ iniquitatem me
am ego cognosco: et peccatum meum contra
me est semper. Tibi soli peccaui et malum co
ram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris. Ecce enim in ini
quitatibus conceptus sum: et in peccatis cō
cepit mr̄ mea. Ecce eñ veritatem dilexisti:
incerta et occulta sapientie tue manifesta
sti michi. Asperges me dñe ysopo et mun
dabor: lauabis me et super niuem dealba
bor. Auditui meo dabis gaudiū et leti
ciam: et exultabunt ossa humiliata. Auer
te faciem tuā a peccatis meis: et oēs iniquita
tes meas dele. Cor mundū crea in me deus:
et spm̄ rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me a facie tua: et spm̄ scm̄ tu
um: ne auferas a me. Redde michi leticiā
salutaris tui: et spū principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te con
uertentur. Libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee: et exultabit lingua mea iu
sticiam tuam. Dñe labia mea aperies: et
os meum annūciabit laudem tuam. Qm̄
si voluisses sacrificium dedissem utiqȝ olo
caustis non delectaberis. Sacrificiū deo

spūs contribulatus: cor contrictum et humi
liatum deus non despicies. Benigne fac
dñe in bona voluntate tua syon ut edificen
muri ihrlm. Tunc acceptabis sacrificium
iusticie oblationes et olocausta: tunc impo
nent super altare tuum vitulos. Gloria patri.
Domine exaudi oronē meā: et clamor
meus ad te veniat. Non avertas fa
ciem tuam a me: in quacūqz die tribulor in
clina ad me aurem tuam. In quacūqz die
invocavero te: velociter exaudi me. Quia defece
runt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut
cremiū aruerunt. Percussus sum ut fenū
et aruit cor meum: quia oblitus sum comede
re panem meū. A voce gemitus mei: adhesit
os meū carni mee. Similis factus sum pelli
cano solitudinis: factus sum nicticorax in do
micilio. Vigilavi et factus sum sicut passer:
solitarius in tecto. Tota die exprobrabant
michi inimici mei: et qui laudabant me: ad
versum me iurabant. Quia cinerem tan
q̄ panem manducabam: et potum meum
cum fletu miscebam. A facie ire indigna
tionis tue: quia elevans allisisti me. Dies
mei sicut umbra declinaverunt: et ego sicut
fenū arui. Tu autē dñe permanes: et me
moriale tuum in generationem. Tu ex

urgens domine misereberis syon: quia tempus
miserandi eius quia venit tempus. Quoniam pla
cuerunt servis tuis lapides eius: et terre eius
miserebuntur. Et timebunt gentes nomen
tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus syon: et videbitur in
gloria sua. Respexit in orationem humilium:
et non sprevit precem eorum. Scribentur hec
in generatione altera: et populus qui crea
bitur laudabit dominum. Quia prospexit de ex
celso sancto suo: dominus de celo in terram aspe
xit. Ut audiret gemitus compeditorum: ut sol
veret filios interemptorum. Ut annuncient in
syon nomen domini: et laudem eius in ierusalem.
In conveniendo populos in unum: et reges
terre ut serviant domino. Respondit ei in via
virtutis sue paucitatem dierum meorum nuncia
michi. Ne revoces me in dimidio dierum meo
rum: in generatione et generationem anni
tui. Initio tu domine terram fundasti: et opera
manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt
tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum
veterascent. Et sicut opertorium mutabis
eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es
et anni tui non deficient. Filii servorum tuo
rum habitabunt: et semen eorum in seculum di
rigetur. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exau
di vocem meam. Fiant aures tue inten
dentes: in vocem deprecationis mee. Si iniqui
tates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio est: et propter legẽ
tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea
in verbo eius: sperauit aĩa mea in dño. A cu
stodia matutina usqꝫ ad noctem: speret israel
in dño. Quia apud dñm misericordia: et co
piosa apud eum redemptio. Et ipse redimet
israel ex oĩbus iniquitatibus eius. Gloria
pr̃i et filio: et spũi sancto. Sicut erat in. ꝛc.
Domine exaudi orõnem meam auribꝰ
percipe obsecrationẽ meã: in veritate
tua exaudi me in tua et iusticia. Et non
intres in iudicium cum seruo tuo dñe: quia
non iustificabitur in conspectu tuo omnis
homo viuens. Quia persecutus est inimicus
aĩam meam: humiliauit in terra vitam meã
Collocauit me in obscuris sicut mortuos
seculi: et anxiatus est super spũs meus in me
turbatum est cor meum. Memor fui dierum
antiquorum: meditatus sum in omnibus ope
ribus tuis: et in factis manuum tuarum
meditabar. Expandi manus meas ad te:
anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velo
citer exaudi me dñe: defecit spũs meus. Non

auertas faciem tuam a me: et similis ero des
cendentibus in lacum. Auditã fac michi
mane miām tuam: quia in te speraui. No
tam fac michi viã in qua ambulem: quia
ad te leuaui aīam meã. Eripe me de inimi
cis meis dñe ad te confugi doce me facere
voluntatem tuã: quia deus meus es tu.
Spūs tuus bonus deducet me in terram
rectam: propter nomen tuū dñe viuificabis
me in equitate tua. Educes de tribulatiōe
animam meam: et in misericordia tua disper
des oēs inimicos meos. Et perdes omēs q'
tribulant aīam meam: quoniã ego seruus
tuus sum. Gloria pri et filio: et spui sctō. añ
Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel pare
tum nrōrum neq3 vindictam sumas de pecca
tis nrīs. Parce dñe parce populo tuo quē
redemisti precioso sanguine tuo ne ineternū
irascaris nobis. Letania
Kyrieleyson. Christe eleyson. Ky
rieleyson. Christe audi nos. Pa
ter de celis deus: miserere nobis. Fili redemp
tor mundi deus: miserere nobis. Spiritus
sancte deus: miserere nobis.
Sancta trinitas vnus deus: miserere nobis.
Sancta maria. Ora pro nob.
Sancta virgo virginū. Ora pro nob.

Sancte michael. Or̄
Sancte gabriel Or̄
Sancte raphael Or̄
Omnes sancti āgeli et archāgeli dei. Orate
Oēs sācti beatorꝝ spirituū ordines Orate
Sancte iohannes baptista Or̄
Oēs sācti patriarche et prophete. Orate
Sancte petre Or̄
Sancte paule Or̄
Sancte ādrea Or̄
Sancte iacobe Or̄
Sancte iohannes. Or̄
Sancte philippe Or̄
Sancte iacobe Or̄
Sancte bartholomee Or̄
Sancte thoma Or̄
Sancte mathee Or̄
Sancte iacobe Or̄
Sancte symon Or̄
Sancte thadee Or̄
Sancte mathia Or̄
Sancte barnaba Or̄
Sancte luca Or̄
Sancte marcialis Or̄
Oēs sancti apostoli et euāgeliste Orate
Oēs sancti discipuli domini Orate
Oēs sancti innocentes Orate
Sancte stephane Or̄

Sancte clemens. or

Sancte sebastiane or

Sancte laurenti or

Sancte vincenti or

Sancte thoma or

Sancte geruasi or

Sancte prothasi or

Sancte Dyonisi cum sociis tuis or

Sancte mauriti cum sociis tuis or

Sancte eustachi cum sociis tuis or

Sancte georgi or

Sancte eutropi or

Sancte quintine or

Omnes sancti martires Orate

Sancte siluester or

Sancte gregori or

Sancte nichasi or

Sancte ambrosi or

Sancte augustine or

Sancte hieronime or

Sancte remigi or

Sancte marcelle or

Sancte nicholae or

Sancte eligi or

Sancte egidi or

Sancte iuliane or

Sancte benedicte or

Sancte maure or

Sancte leobine or
Sancte sulpici or
Sancte leonarde or
Sancte guillerme or
Omnes sancti confessores dei Orate
Sancta anna or
Sancta maria magdalena or
Sancta agatha or
Sancta agnes or
Sancta lucia or
Sancta cecilia or
Sancta katherina or
Sancta barbara or
Sancta margareta or
Sancta fides or
Sancta spes or
Sancta caritas or
Omnes sancte virgines Orate
Omnes sancti et sancte dei Orate
Propicius esto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine
Ab insidiis dyaboli. Libera nos domine
A dampnatione perpetua. Libera nos dñe.
A spiritu fornicationis. Libera nos dñe
Ab appetitu inanis glorie. Libera nos dñe
Ab ira et odio et omni mala voluntate. Libera nos do.
A cecitate cordis. Libera nos domine
A fulgure et tempestate. Libera nos domine.

A subitanea et improuisa morte. lib nos do.
Per misterium sancte incarnationis tue. libe.
Per aduentum tuum. libera nos domine.
Per natiuitatem tuam. libera nos dne
Per passionem crucem et mortem tuam. lib
Per gloriosam resurrectionem tuam. lib nos do.
Per admirabilem ascentionem tuam. libera
Per gratiam sancti spiritus paracliti. libera
In hora mortis. succurre nobis domine.
In die iudicij. libera nos domine
Peccatores. Te rogamus audi nos
Ut pacem nobis dones. te rogamus aud
Ut mia & pietas tua nos custodiat. te rog.
Ut ecclesiam tuam regere & defensare dig.
Ut oib' bnfactorib' nris sempiterna bona re
tribuas. te rogamus audi nos.
Ut oibus fidelibus defunctis requiem eter
nam dones. te rogamus audi nos.
Ut oia peccata nra nobis dimittas. te rog.
Ut nos exaudire digneris. te rogamus aud
Fili dei. te rogamus audi nos
Fili dei. te rogamus audi nos.
Fili dei. te rogamus audi nos
Agnus dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis dne
Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nob.

Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyrieleyson.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera.
Deus in adiutoriū meū intende: dñe ad
adiuuandum me festina. Confundā
tur ⁊ reuereantur: qui querunt aīam meam.
Auertantur retrorsum et erubescant: qui
volunt michi mala. Auertantur statim e
rubescentes: qui dicunt michi euge euge. Ex
ultent ⁊ letentur in te oēs qui querunt te: et
dicant semper magnificetur dñs: qui diligūt
salutare tuum. Ego vero egenus et pauper
sum: deus adiuua me. Adiutor meus ⁊ pro
tector meus es tu: dñe ne moreris. Gloria pa
tri et filio: ⁊ spūi sancto. Sicut erat in ⁊c. ℣
Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. De
us meus sperantes in te. ℣ Esto nobis turris
fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat ĩ
imicus in nobis. Et filius iniquitatis non appo
nat nocere nobis. Dñe non scdm peccata nrā
facias nobis. Neqz scdm iniquitates nrās re
tribuas nobis. Oremus pro papa nostro. N
Dñs conseruet eum ⁊ viuificet eum ⁊ beatum
faciat eum in terra et non tradat eum in ma
nus inimicoꝝ eius. Oremus pro benefactori
bus nostris. Retribuere dignare dñe oībus no
bis bona facientibus propter nomen sanctum
tuum vitam eternā. Amen. Oremus pro fide
libus defunctis. Requiem eternā dona eis do

mine: et lux perpetua luceat eis. Requiescat
in pace. Amen. Oremus pro fratribus nr̃is
absentibus. Saluos fac seruos tuos et an
cillas tuas. Deus meus sperantes in te. Mit
te eis auxilium de sancto. Et de syon tuere eos.
Dñe exaudi orõnem meã. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus.
Deus cui proprium est misereri semper
et parcere: suscipe deprecationem nostrã:
ut quos delictorum cathena constringit misera
tio tue pietatis absoluat. Oratio
Exaudi qs dñe supplicum preces et con
fitentium tibi parce peccatis: ut pariter
indulgentiam nobis tribuas benignus et
pacem. Oratio
Ineffabilem nobis dñe miam tuam
clementer ostende: ut simul nos et a
peccatis oĩbus exuas et a penis quas pro his
meremur eripias. Oratio
Deus qui culpa offenderis penitentia
placaris preces populi tui supplicantis
propicius respice: et flagella iracundie tue
que pro peccatis nr̃is meremur auerte. Orõ.
Omnipotens sempiterne deus miserere
famulo tuo. N. pape nr̃o: et dirige eum
scdm clementiam tuã in viam salutis eter
ne: ut te donante tibi placita cupiat et to
ta virtute perficiat. Oratio

Deus a quo sancta desideria recta consilia
et iusta sunt opera: da servis tuis illam
quam mundus dare non potest pacem: ut et
corda nostra mandatis tuis dedita et hostium
sublata formidine tempora sint tua protec
tione tranquilla. Oro.
Defende quesumus domine deus beataque semper vir
gine maria cum omnibus sanctis intercede
te nostram ab omni adversitate congrega
tionem: et tibi toto corde prostratam ab hostium
propicius tuere clementer insidiis. Oro.
Ure igne sancti spiritus renes nostros
et cor nostrum domine: ut tibi casto corpore ser
viamus et mundo corde placeamus. Oro.
Actiones nostras quesumus domine aspi
rando preveni et adiuvando proseque
re: ut cuncta nostra opera a te semper incipiant
et per te cepta finiantur. Oro.
Omnipotens sempiterne deus qui vi
vorum dominaris simul et mortuorum:
omniumque misereris quos tuos fide et opere fu
turos esse prenoscis: te supplices exoramus:
ut pro quibus preces effundere decrevimus:
quosque vel presens adhuc seculum in carne
retinet vel futurum iam exutos corpore susce
pit: intercedentibus omnibus sanctis tuis: pieta
tis tue clementia delictorum suorum veniam et gau
dia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum.

O Beatissime dñe iesu xpe respi Oro.
cere digneris super me miserum peccato
rem oculis misericordie tue quibus respexisti
petrum in atrio: mariã magdalenam in con
uiuio: et latronem in crucis patibulo. Et fac
de tua benigna grã vt cum petro digne fleã:
cum maria magdalena perfecto amore te di
ligam: et cum latrone te videam in secula se
culorum. Amen.
Anime oῙm fidelium defunctorum per mise
ricordiam dei sine fine requiescãt ĩ pace. Amẽ.



Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s: vocem ora
tionis mee. Quia inclinauit aurē
suam michi: et in diebus meis inuo
cabo. Circumdederunt me dolores mortis: et
pericula inferni inuenerunt me. Tribula
tionē et dolorē inueni: et nomen dn̄i inuoca
ui. O dn̄e libera aīam meam misericors do
minus et iustus: et deus nr̄ miseretur. Cu
stodiens paruulos dn̄s: humiliatus sum et
liberauit me. Conuertere anima mea in
requiem tuam: quia dn̄s benefecit tibi.
Quia eripuit aīam meam de morte: oculos
meos a lachrymis pedes meos a lapsu.
Placebo dn̄o in regione viuoꝝ. Requiem
eternā dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis.
an. Placebo dn̄o in regione viuoꝝ. a. Heu me.
Ad dn̄m cum tribularer clamaui:
et exaudiuit me. Dn̄e libera aīam me
am a labiis iniquis: et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguam dolosam. Sagitte potentis
acute: cum carbonibus desolatoriis. Heu
michi quia incolatus meus prolongatus
est habitaui cum habitantibus cedar: mul
tum incola fuit aīa mea. Cum his qui ode
runt pacem eram pacificus: cum loquebar
illis impugnabant me gratis. Requiem
eternam dona eis dn̄e: et lux perpetua luc. an.

Heu me quia incolatus meus prolongatus
est. Dominus. ps.
Leuaui oculos meos in montes: vnde ve
niet auxilium michi. Auxilium meum
a dño: qui fecit celum et terram Non det in cõ
motionẽ pedem tuũ: neqꝫ dormitet qui custo
dit te Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet:
qui custodit israel Dñs custodit te dñs protec
tio tua: super manũ dexteram tuã Per diem
sol non vret te: neqꝫ luna per noctem Dñs
custodit te ab omni malo: custodiat aĩam
tuam dñs Dominus custodiat introitum
tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et usqꝫ in
seculum Requiem eternã dona eis dñe. añ.
Dñs custodit te a omni malo custodiat aĩaꝫ
tuam dñs. añ. Si iniquitates. ps
De profundis clamaui ad te dñe: dñe
exaudi vocem meã. Fiant aures tue in
tendentes: in vocem deprecationis mee Si
iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis susti
nebit Quia apud te propiciatio est: et prop
ter legem tuam. sustinui te dñe Sustinuit
anima mea in verbo eius: sperauit aĩa mea
in dño A custodia matutina usqꝫ ad noctẽ:
speret israel in domino. Quia apud dñm mise
ricordia: et copiosa apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus
eius Requiem eternam dona eis dñe: et. añ.

Si iniquitates obseruaueris dn̄e dn̄e quis su
stinebit. an̄ Opera. ps.
Confitebor tibi dn̄e in toto corde meo: qm̄
audisti verba oris mei. In conspectu an
gelorum psallam tibi: adorabo ad tēplum sanc
tum tuum et confitebor nomini tuo. Super
misericordia tua et veritate tua: qm̄ magni
ficasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacunqȝ die inuocauero te. exaudi me:
multiplicabis in aīa mea virtutem. Confiteā
tur tibi dn̄e omēs reges terre: quia audierunt
omnia verba oris tui. Et cantent in viis dn̄i:
qm̄ magna est gloria dn̄i. Qm̄ excelsus dn̄s
et humilia respicit: et alta a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis viui
ficabis me: et super iram inimicorum meorum exten
disti manum tuā et saluū me fecit dextera tua.
Dn̄s retribuet pro me dn̄e misericordia tua
in seculum: opera manuū tuarū ne despicias.
Requiem eternā dona eis dn̄e: et lux. an̄.
Opera manuum tuarū ne despicias. versus
Audiui vocem de celo dicentem michi. ℟. Bea
ti mortui qui in dn̄o moriuntur. ā. Omne.
Magnificat: aīa mea dominum. Et exul
tauit spūs meus: in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce
ex hoc beatam me dicent oēs generationes.
Quia fecit michi magna qui potens est: et sāc

tum nomen eius. Et misericordia eius a pro
genie in progenies: timentibus eum. Fecit po
tentiam in brachio suo: dispersit superbos men
te cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exal
tauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et
diuites dimisit inanes. Suscepit israel pue
rum suum: recordatus misericordie sue. Sicut
locutus est ad patres nostros: abraham et semi
ni eius in secula. Requiem eternam dona. an
Omne quod dat michi pater ad me ueniet
et eum qui uenit ad me non eiciam foras.
Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos.
Lauda anima mea dominum laudabo dominum in
uita mea: psallam deo meo quamdiu
fuero. Nolite confidere in principibus: nec
in filiis hominum in quibus non est salus.
Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suam:
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes
eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram:
mare et omnia que in eis sunt. Qui custodit
ueritatem in seculum facit iudicium iniuriam pa
tientibus: dat escam esurientibus. Dominus sol
uit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus
erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custo
dit aduenas pupillum et uiduam suscipiet:
et uias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in se

cula deus tuus syon: in generatione et generatio
nem. Requiem eternam dona eis dñe: et.
Requiescant in pace. Amen. ℣. A porta inferi. ℟.
Erue dñe aīas eorum. Dñe exaudi orōnē meā.
Et clamor meus ad te veniat. Oro.
Deus qui inter apostolicos sacerdotes fa
mulos tuos pontificali seu sacerdotali
fecisti dignitate vigere: presta q̄sumus: ut eorum
quoqz perpetuo aggregentur consortio. Per do.
Deus venie largitor et humane salutis
amator quesumus clementiam tuā ut nr̄e
congregationis fratres sorores propinquos et
omēs benefactores nr̄os qui ex hoc sclo̅ transie
runt beata maria semper virgine intercedente
cum oībus sanctis tuis ad perpetue beatitudi
nis consortium pervenire concedas. Per.
Fidelium deus oīum conditor et redemptor
aīabus famulorū famularumqz tuarum
remissionem cūctorum tribue peccatorum: ut indulgē
tiā quā semper optaverunt piis supplicationi
bus consequantur. Qui vivis et regnas deus.
Per omnia scl̄a sclo̅rum. Amen. Ad matutinas
Inuitatorium. Regem cui omnia vivunt.
Venite adoremus. In primo nocturno.
Venite exultemus dño iubilemus deo salu
tari nostro preoccupemus faciem eius in
confessione et in psalmis iubilemus ei. Regē cui.
Quī deus magnus dñs et rex magnus super

omnes deos quoniam non repellet dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit. Venite ador.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et aridam fundaverunt manus eius venite adoremus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster nos autem populus eius et oves pascue eius. Regem cui omnia.
Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto ubi tentaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt opera mea. Venite adoremus.
Quadraginta annis proximus fui generationi huic et dixi semper hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Regem cui omnia vivunt. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Venite ado. Regem cui omnia vivunt venite adoremus.
In primo nocturno. Antiphona. Dirige.
Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis mee: rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi et videbo: quoniam non deus volens iniqui

tatem tu es. Neqz habitabit iuxta te malign9
nqz permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti oēs qui operantur iniquitatem: per
des oēs qui loquuntur mendacium. Virum
sanguinum et dolosum abominabitur dñs:
ego aūt in multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tuā: adorabo ad tēplū
sanctum tuum in timore tuo. Dñe deduc me
in iusticia tua propter inimicos meos: dirige ī
conspectu tuo viam. Quī non est in ore eorū
veritas: cor eorū vanū est. Sepulchrum patēs
est guttur eorū linguis suis dolose agebant: iu
dica illos deus. Decidant a cogitationibus suis
secūdm multitudinem impietatem eorū expelle eos:
quī irritauerunt te dñe. Et letentur oēs qui spe
rant in te: ineternum exultabunt et habitabit
in eis. Et gloriabuntur in te oēs qui diligunt
nomen tuum: quī tu benedices iusto. Dñe ut
scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Re
quiem eternam dona eis dñe: et lux perpetua. Aā.
Dirige dñe deus [meus] in conspectu tuo viā meā.
Aā. Conuertere domine. Psalmus.
Domine ne in furore tuo arguas me: ne
qz in ira tua corripias me. Miserere mei
dñe quī infirmus sum: sana me dñe quī cōtur
bata sunt omnia ossa mea. Et aīa mea tur
bata est valde: sed tu dñe usquequo. Conuertere
dñe et eripe aīam meā: saluum me fac propter

misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui
memor sit tui: in inferno autem quis confitebi
tur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo. Turbatus est a furore o
culus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem:
quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Exaudi
uit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam
suscepit. Erubescant et conturbentur uehemen
ter omnes inimici mei: conuertantur et erubescant
ualde uelociter. Requiem eternam. **an.** Conuerte
re domine et eripe animam meam quoniam non est in morte qui
memor sit tui. **an.** Nequando. **ps.**

Domine deus meus in te speraui saluum
me fac: ex omnibus persequentibus me et li
bera me. Nequando rapiat ut leo animam meam:
dum non est qui redimat neque qui saluum faci
at. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas
in manibus meis. Si reddidi retribuentibus
michi mala: decidam merito ab inimicis meis
inanis. Persequatur inimicus animam meam et com
prehendat et conculcet in terra uitam meam: et
gloriam meam in puluerem deducat. Exurge
domine in ira tua: et exaltare inimicorum meorum. Et
exurge domine deus meus in precepto quod manda
sti: et synagoga populorum circumdabit te. Et
propter hanc in altum regredere: dominus iudicat po

pulos Iudica me dñe scdm iusticiam meam:
et secundũ innocentiam meã super me. Con
sumetur nequitia pctorũ et diriges iustum: scru
tans corda et renes deus. Iustum adiutoriũ
meum a dño: qui saluos facit rectos corde. Deus
iudex iustus fortis et patiens: numquid irascitur
per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladi
um suum vibrauit: arcum suum tetendit et pa
rauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sa
gittas suas ardentibus effecit. Ecce parturiit i
iusticiam concepit dolorem: et peperit iniqui
tatem. Lacum aperuit et effodit eum: et inci
dit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor
eius in caput eius: et verticem ipsius iniquitas
eius descendet. Confitebor dño scdm iusticiã
eius: et psallam nomini dñi altissimi. Requi
em eternã dona eis dñe: et lux perpetua luc. Añ
Nequando rapiat ut leo aĩam meã dum nõ
est qui redimat neqz qui saluum faciat. ℣.
A porta inferi ℟. Erue dñe aĩas eorũ. Pater no
ster. Et ne nos. Sed libera. Lectio prima.
Parce michi dñe: nichil enim sunt dies mei.
Quid est homo quia magnificas eum:
aut quid apponis erga eum cor tuum. Uisitas
eum diluculo: et subito probas illum. Usque
quo non parcis michi: nec dimittis me ut glu
tiam saliuam meam. Peccaui. Quid faciã
tibi o custos hominum. Quare posuisti me con

trarium tibi: et factus sum michi metipsi gra
uis? Cur non tollis pctm̄ meū: et quare non
aufers iniquitatem meā? Ecce nunc in pul
uere dormio: et si mane me q̄sieris non subsi
stam. ℟ Credo q redemptor meus viuit et in
nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in
carne mea videbo deum saluatorem meum. ℣.
Quem visurus sum ego ipse et non alius et
oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea
videbo. Lectio secunda.

Tedet animam meā vite mee: dimittam
aduersum me eloquium meū. Loquar in
amaritudine anime mee: dicam deo. Noli
me condemnare. Indica michi cur me ita
iudices. Nunquid bonum tibi videtur si ca
lūnieris et opprimas me opus manuum tua
rum: et consilium impiorum adiuues? Nun
quid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt ho
mo et tu videbis? Nunquid sicut dies ho
minis dies tui: et anni tui sicut humana
sunt tempora? Ut q̄ras iniquitatem meā:
et pctm̄ meum scruteris. Et scias quia nichil
impiū fecerim: cum sit nemo qui de manu
tua possit eruere. ℟ Qui lazarum resusci
tasti a monumento fetidum. Tu eis dn̄e do
na requiem et locum indulgentie. ℣ Qui ven
turus est iudicare viuos et mortuos et seculum
per ignem. Tu eis dn̄e dona. Lectio tertia.

Manus tue dñe fecerunt me: et plasmauerunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso quod sicut lutum feceris me: et in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et neruis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti michi: et visitatio tua custodiuit spiritum meum. ℟ Dñe quando veneris iudicare terram ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℣ Comissa mea pauesco et ante te erubesco dum veneris iudicare noli me condemnare. Quia peccaui nimis in vita mea. In .ii. noct. añ. In loco. ps.

Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iusticie: propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam preclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in domo dñi: in longitudinem dierum. Requiem eternam. añ.

In loco pascue ibi me collocauit. A. Delicta. ps.
Ad te dñe leuaui aiam meam: deus meus in
te confido non erubescam. Neq; irrideant
me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te
non confundentur. Confundentur oẽs iniqua
agentes: superuacue. Vias tuas dñe demon
stra michi: et semitas tuas edoce me. Dirige
me in veritate tua et doce me: quia tu es deus
saluator meus et te sustinui tota die. Remi
niscere miserationum tuarum dñe: et miseri
cordiarũ que a seculo sunt. Delicta iuuentu
tis mee: et ignorantias meas ne memineris. Se
cundum miam tuam memento mei tu prop
ter bonitatem tuam dñe. Dulcis et rectus do
minus: propter hoc legem dabit delinquenti
bus in via. Diriget mansuetos in iudicio:
et docebit mites vias suas. Vniuerse vie dñi
misericordia et veritas requirentibus testamẽ
tum eius et testimonia eius. Propter nomẽ
tuum dñe propiciaberis peccato meo: multu;
est enim. Quis est homo qui timet dñm legem
statuit ei in via quam elegit. Anima eius
in bonis demorabitur: et semen eius heredita
bit terram. Firmamentum est dñs timentib9
eum: et testamentum ipsius vt manifeste
tur illis. Oculi mei semper ad dñm: qm ipse
euellet de laqueo pedes meos. Respice in me
et miserere mei: quia vnicus et pauper sum

ego. Tribulationes cordis mei multiplicate
sunt de necessitatibus meis erue me. Vide hu
militatem meam et laborem meum: et dimit
te universa delicta mea. Respice inimicos me
os quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt
me. Custodi animam meam et erue me: non eru
bescam quoniam speravi in te. Innocentes et recti
adheserunt michi: quia sustinui te. Libera de
us israel: ex omnibus tribulationibus suis. Re
quiem eternam dona eis domine: et lux perpetua. an.
Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne
memineris domine. an. Credo videre ps.
Dominus illuminatio mea et salus mea quem ti
mebo. Dominus protector vite mee: a quo trepi
dabo. Dum appropiant super me nocentes:
ut edant carnes meas. Qui tribulant me ini
mici mei: ipsi infirmati sunt et ceciderunt. Si
consistant adversum me castra: non timebit cor
meum. Si exurgat adversum me prelium:
in hoc ego sperabo. Unam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in domo domini omnibus die
bus vite mee. Ut videam voluntatem domini: et
visitem templum eius. Quoniam abscondit me in
tabernaculo suo: in die malorum protexit me:
in abscondito tabernaculi sui. In petra ex
altavit me et nunc exaltavit caput meum: su
per inimicos meos. Circuivi et immolavi in ta
bernaculo eius hostiam vociferationis: canta

lo et psalmum dicam dño. Exaudi dñe vocē
meam qua clamaui ad te: miserere mei et ex
audi me. Tibi dixit cor meum exquisiuit te
facies mea: faciem tuam dñe requiram. Ne auf
tas faciem tuā a me: ne declines in ira a ser
uo tuo. Adiutor meus esto dñe ne derelin
quas me: neqꝫ despicias me deus salutaris
meus. Qm pater meus et mater mea dereli
querunt me: dñs autem assumpsit me. Le
gem pone michi dñe in via tua: ⁊ dirige me in
semita recta propter inimicos meos. Ne tradi
deris me in aīas tribulantium me qm insur
rexerunt in me testes iniqui: et mentita est ini
quitas sibi. Credo videre bona dñi: in terra
viuentium. Expecta dñm viriliter age et cō
fortetur cor tuum: et sustine dñm. Requiē etnā.
añ Credo videre bona dñi in terra viuentiū.
℣ Collocet eos dñs cum principibus. ℟ Cū
principibus populi sui. Pater noster. Et ne
nos. Sed libera nos. Lectio quarta.
Responde michi. Quantas habeo ini
quitates et peccata: scelera mea atqꝫ de
licta ostende michi. Cur faciem tuā abscon
dis et arbitraris me inimicum tuum? Cōtra
folium quod vento rapitur ostendis poten
tiam tuam et stipulam siccam persequeris.
Scribis eñ cōtra me amaritudines: et consu
mere me vis pc̄is adolescentie mee. Posuisti

in nervo pedem meum: et observasti oēs semitas
meas: et vestigia pedum meorꝝ considerasti. Qui
quasi putredo consumendus sum: et quasi ve
stimentum quod cōmeditur a tinea. ℟ Memē
to mei deus quia ventus est vita mea. Nec
aspiciat me visus hominis ℣. De profundis
clamavi ad te dn̄e: domine exaudi vocem me
am. Nec aspiciat me. Lectio quinta.

Homo natus de muliere brevi vivens
tempore: repletur multis miseriis. Qui
quasi flos egreditur et conteritur et fugit ve
lut umbra: et nūq̄ in eodem statu permanet.
Et dignū ducis super huiuscemodi aperire
oculos tuos et adducere eum tecum in iudici
um. Quis potest facere mundū de in mun
do cōceptum semine? Nonne tu qui solus
es? Breves dies hominis sunt: numerus mē
sium eius apud te est. Constituisti terminos
eius qui preteriri non poterunt. Recede ergo
paululum ab eo ut quiescat donec optata ve
niat: et sicut mercenarii eius ℟ Heu michi
dn̄e quia peccavi nimis in vita mea: quid fa
ciam miser ubi fugiam nisi ad te deus meus
miserere mei. Dum veneris in novissimo die.
℣. Et aīa mea turbata est valde sed tu dn̄e
succurre ei. Dum veneris. Lectio sexta.

Quis michi hoc tribuat ut in inferno pro
tegas me: et abscondas me donec pertran

scat furor tuus: et constituas michi tempus
in quo recorderis mei? Putas ne mortuus ho
mo rursum vivat? Cunctis diebus quibus
nunc milito expecto donec veniat immutatio
mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi. Ope
ri manuum tuarum porriges dexteram. Tu
quidem gressus meos dinumerasti: sed parce
peccatis meis. R. Ne recorderis peccata mea domine.
Dum veneris iudicare seculum per ignem. V.
Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam
meam. Dum veneris iudicare seculum. An.
Complaceat. Psalmus.
Expectans expectavi dominum: et intendit
michi. Et exaudivit preces meas: et
eduxit me de lacu miserie: et de luto fecis. Et
statuit supra petram pedes meos: et direxit
gressus meos. Et immisit in os meum canticum
novum: carmen deo nostro. Videbunt multi
et timebunt: et sperabunt in domino. Beatus vir
cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in
vanitates et in insanias falsas. Multa fecisti
tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus
tuis non est qui similis sit tibi. Annun
ciavi et locutus sum: multiplicati sunt super
numerum. Sacrificium et oblationem noluisti:
aures autem perfecisti michi. Holocaustum et pro
peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio. In
capite libri scriptum est de me ut facerem volun

tatem tuam deus meus volui: et legem tuam
in medio cordis mei. Annunciavi iusticiā
tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non
prohibebo dn̄e tu scisti. Iusticiam tuā nō
abscondi in corde meo: veritatem tuā et saluta
re dixi. Non abscondi mīam tuam et verita
tem tuam: a consilio multo. Tu autē dn̄e
ne longe facias miserationes tuas a me: mi
sericordia tua et veritas tua semper suscepe
runt me. Qm̄ circumdederunt me mala quo
rum non est numerus cōprehenderunt me ini
quitates mee: et non potui ut viderem.
Multiplicate sunt super capillos capitis
mei: et cor meum dereliquit me. Cōplaceat
tibi dn̄e ut eruas me: dn̄e ad adiuvandum
me respice. Confundantur et revereantur
simul qui querunt aīam meam: ut auferant
eam. Convertantur retrorsum et reveran
tur: qui volunt michi mala. Ferant confe
stim confusionem suam: qui dicunt michi eu
ge euge. Exultent et letentur super te omnes
querentes te: et dicant semper magnificetur
dn̄s qui diligunt salutare tuum. Ego autem
mendicus sum et pauper: dn̄s sollicitus est mei.
Adiutor meus et protector meus tu es: deus
meus ne tardaveris. Requiem eternam dona.
Cōplaceat tibi dn̄e ut eruas me dn̄e ad adiu
vandum me respice. an̄ Sana dn̄e. Ps.

Beatus qui intelligit super egenum et
pauperem in die mala liberabit eum do
minus. Dñs conseruet eum et viuificet eum ꝫ
beatum faciat eum in terra: et non tradat eum
in aīam inimicoꝝ eius. Dñs opem ferat illi
super lectum doloris eius: vniuersum stratum
eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi dñe
miserere mei: sana aīam meam quia peccaui
tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: qñ
morietur et peribit nomen eius. Et si ingre
diebatur ut videret vana loquebatur cor eius:
congregabit iniquitatem sibi. Egredieba
tur foras: et loquebatur in idipsum. Aduer
sum me susurrabant oēs inimici mei: aduer
sum me cogitabant mala michi. Verbum
iniquum constituerunt aduersum me: num
quid qui dormit non adiciet ut resurgat.
Etenim homo pacis mee in quo speraui qui ede
bat panes meos: magnificauit super me supplā
tationem. Tu autem dñe miserere mei et resu
scita me: et retribuam eis. In hoc cognoui qm̄
voluisti me: qm̄ non gaudebit inimicus meus
super me. Me autem propter innocentiam su
scepisti me: in conspectu tuo in eternum. Bene
dictus dñs deus israel: a seculo et in seculū fiat
fiat. Requiem eternam dona eis dñe: et c. an.
Sana dñe aīam meam quia peccaui tibi. an.
Sitiuit. ps.

Quemadmodum desiderat ceruus ad fõtes
aquarum: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹.
Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuum quã
do veniã et apparebo ante faciem dei. Fuerunt
michi lachryme mee panes die ac nocte dum
dicitur michi quotidie ubi est deus tuus. Hec
recordatus sum et effudi in me aĩam meã: qm̃
trãsibo in locum tabernaculi admirabilis usq;
ad domum dei. In voce exultationis et con
fessionis: sonus epulantis. Quare tristis es
aĩa mea: et quare conturbas me. Spera in
deo qm̃ adhuc confitebor illi: salutare vultus
mei et deus. Ad meipsum aĩa mea contur
bata est propterea memor ero tui de terra iorda
nis: et hermonij a monte modico. Abyssus
abyssum inuocat: in voce catharactarum tuarum.
Omnia excelsa tua et fluctus tui: super me
transierunt. In die mandauit dñs miam
suam et nocte canticum eius. Apud me oro
deo vite mee: dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei et quare contristatus
incedo dum affligit me inimicus. Dum con
fringuntur ossa mea exprobauerunt michi:
qui tribulant me inimici mei. Dum di
cunt michi per singulos dies ubi est deus tuus
quare tristis est anima mea: et quare contur
bas me. Spera in deo qm̃ adhuc confitebor il
li: salutare vultus mei et deus meus. Requiem

eternam dona eis dñe: et lux perpetua luceat eis.
Añ. Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuum
quando veniam et apparebo ante faciem dñi. ℣.
Ne tradas bestiis aĩas meas confitentes tibi.
℟. Et aĩas pauperum tuoꝝ ne obliuiscaris in
finem. Pater noster. Lcõ sexta.
Spiritus meus attenuabitur dies mei
breuiabuntur: et solum michi superest
sepulchrum. Non peccaui: et in amaritudini
bus moratur oculus meus. Libera me dñe et po
ne me iuxta te: et cuiusuis manus pugnet con
tra me. Dies mei transierunt: cogitationes
mee dissipate sunt torquentes coꝛ meum. Noc
tem verterunt in diem et post tenebras spero
lucem. Si sustinuero infernus domus mea
est: et in tenebris straui lectulum meum. Pu
tredini dixi. Pater meus es mater mea et so
roꝛ mea vermibus. Ubi est ergo nunc presto
latio mea et patientia mea: tu es dñe deus me⁹.
℟. Peccantem me quotidie et non me peniten
tem timoꝛ mortis conturbat me. Quia in in
ferno nulla est redemptio miserere mei deus et
salua me. ℣. Deus in noĩe tuo saluum me fac
et in virtute tua libera me. Quia in inferno.
Lcõ. viii.
Pelli me consumptis carnibus ad
hesit os meum: et derelicta sunt tantum
modo labia circa dentes meos. Miseremini
mei miseremini mei: saltem vos amici mei:

quia manus dñi tetigit me. Quare perse
quimini me sicut deus: et carnibus meis satu
ramini? Quis michi det ut exarentur in li
bro stillo ferreo: aut plumbi lamina vel celte
sculpantur in silice? Scio eñ ꝙ redemptor me
us vivit et in novissimo die terra surrecturus
sum: et rursum circumdabor pelle mea et in
carne mea videbo deum salvatorem meum.
Quem visurus sum ego ipse et oculi mei con
specturi sunt: et non alius. Reposita est hec spes
mea in sinu meo. ℟. Dñe ~~non~~ scdm actum
meum noli me iudicare nichil dignum in con
spectu tuo egi ideo deprecor maiestatem tuam.
Ut tu deus deleas iniquitatem meam. ℣.
Amplius lava me dñe ab iniusticia mea et a de
licto meo munda me. Ut tu de. deleas. lcõ ix.
Quare de vulva eduxisti me qui utinam
consumptus essem ne oculus me videret.
Fuissem quasi non essem de utero translatꝰ
ad tumulum. Nunquid non paucitas dierꝝ
meorꝝ finietur brevi? Dimitte ergo me dñe
ut plangam paululum dolorem meum ante
q̃ vadam et non revertar ad terram tenebrosã
et opertam mortis caligine. Terram miserie
et tenebrarum ubi umbra mortis: et nullus
ordo: sed sempiternus horror inhabitans. ℟.
Libera me dñe de viis inferni qui portas ereas
confregisti et visitasti infernum et dedisti eis

lumen ut viderent te. Qui erant in penis
tenebrarum. ℣ Clamantes et dicentes ad
venisti redemptor noster. Qui erant in penis
tenebrarum ℟ Libera me dñe de morte eter
na in die illa tremenda. Quando celi mo
uendi sunt et terra. Dum veneris iudicare
seculum per ignem ℣ Tremens factus sum
ego et timeo dum discussio venerit atqz ven
tura ira. Quando celi mouendi sunt. ℣.
Dies illa dies ire calamitatis et miserie di
es magna et amara valde. Dum veneris.
Requiem eternam dona eis dñe: et lux perpe
tua luceat eis. ℟ Libera me dñe de morte.
In laudibus. añ. Exultabunt. pš.
Miserere mei deus: secundum magnam mi
sericordiam tuam. Et secundum mul
titudinem miserationum tuarum: dele iniqui
tatem meam. Amplius laua me ab iniqui
tate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam
iniquitatem meam ego cognosco: et peccatũ
meum contra me est semper. Tibi soli pecca
ui et malum coram te feci: ut iustificeris in
sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Ec
ce enim in iniquitatibus conceptus sum: et in
peccatis concepit me mater mea. Ecce enim
veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientie
tue manifestasti michi. Asperges me dñe ysso
po et mundabor: lauabis me et super niuem

dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et le
ticiam: et exultabunt ossa humiliata. Auerte
faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniqui
tates meas dele. Cor mundum crea in me deus:
et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne
proicias me a facie tua: et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. Redde michi leticiam sa
lutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te con
uertentur. Libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee: et exultabit lingua mea iu
sticiam tuam. Domine labia mea aperies: et os
meum annunciabit laudem tuam. Quoniam si vo
luisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis
non delectaberis. Sacrificium deo spiritus con
tribulatus: cor contritum et humiliatum de
us non despicies. Benigne fac domine in bona
voluntate tua syon: ut edificentur muri iheru
salem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie o
blationes et olocausta: tunc imponent super
altare tuum vitulos. Requiem eternam dona. aña.
Exultabunt domino ossa humiliata. aña. Exaudi.
Te decet hymnus deus in syon: et tibi red
detur votum in ierusalem. Exaudi deus orationem
meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorum
preualuerunt super nos: et impietatibus nostris
tu propiciaberis. Beatus quem elegisti et as
sumpsisti inhabitabit in atriis tuis. Replebi

mur in bonis domus tue: sanctum est templum
tuum mirabile in equitate. Exaudi nos deus
salutaris noster: spes omnium finium terre et in ma
ri longe. Preparans montes in virtute tua
accinctus potentia qui conturbas profundum
maris sonum fluctuum eius. Turbabun
tur gentes et timebunt qui habitant termi
nos a signis tuis exitus matutini et vespere
delectabis. Visitasti terram et inebriasti eam:
multiplicasti locupletare eam. Flumen dei
repletum est aquis parasti cibum illorum: quo
niam ita est preparatio eius. Rivos eius ine
brians multiplica genimina eius: in stillicidiis
eius letabitur germinans. Benedices corone
anni benignitatis tue: et campi tui replebun
tur ubertate. Pinguescent speciosa deserti: et ex
ultatione colles accingentur. Induti sunt
arietes ovium et valles abundabunt frumen
to: clamabunt etenim hymnum dicent. Requiem
eternam dona eis domine: et l. Añ. Exaudi deus oratio
nem meam ad te omnis caro veniet. Ps. Me suscepit.
Deus deus meus ad te de luce vigilo. Sitivit
in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deserta invia et in aquosa sic in sanc
to apparui tibi: ut viderem virtutem tuam
et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia
tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic
benedicam te in vita mea: et in nomine tuo levabo

meas Sicut adipe et pinguedine repleatur
anima mea: et labiis exultationis laudabit os
meum. Si memor fui tui super stratum meũ
in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiu
tor meus. Et in velamento alarum tuarum exul
tabo adhesit aĩa mea post te: me suscepit dexte
ra tua. Ipsi vero in vanum quesierunt ani
mam meam introibunt in inferiora terre: traden
tur in gladii partes vulpium erunt. Rex ve
ro letabitur in deo laudabuntur omnes qui
iurant in eo: quia obstructum est os loquen
tium iniqua

Deus misereatur nostri et benedicat no
bis illuminet vultum suum super nos
et misereatur nostri. Ut cognoscamus in ter
ra viam tuam: in omnibus gentibus salutare
tuum. Confiteantur tibi populi deus: confite
antur tibi populi omnes. Letentur et exultent
gentes quoniam iudicas populos in equitate:
et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi
populi deus: confiteantur tibi populi omnes ter
ra dedit fructum suum. Benedicat nos deus
deus noster: benedicat nos deus et metuant eum
omnes fines terre. Requiem eternam dona. an.
Me suscepit dextera tua domine. an. A porta inferi

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam
ad portas inferi. Quesivi residuum annorum
meorum: dixi non videbo dominum deum in terra vivẽ

tiuum. Non aspiciam hominem ultra: et habita
torem quietis. Generatio mea oblata est: et con
uoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea dum adhuc
ordirer succedit me: de mane usqz ad vesperam
finies me. Sperabam usqz ad mane quasi leo
sic contriuit omnia ossa mea. De mane usqz
ad vesperam finies me sicut pullus hyrundinis
sic clamabo meditabor ut columba. Attenua
ti sunt oculi mei: suspicientes in excelso. Dñe
vim patior responde pro me quid dicam aut
quid respondebit michi cum ipse fecerim. Re
cogitabo tibi oĩes annos meos: in amaritudĩe
anime mee. Dñe si sic viuitur et in talibus
vita spũs mei corripies me et viuificabis me:
ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu
eruisti aĩam meam ut non periret proiecisti p'
tergum tuum omnia peccata mea. Quia nõ
infernus confitebitur neqz mors laudabit te:
non expectabunt qui descendunt in lacum verita
tem tuam. Viuens viuens ipse confitebitur
tibi sicut et ego hodie pater filijs notam faciet
veritatem tuam. Dñe saluum et psalmos no
stros cantabimus cunctis diebus vite nostre
in domo dñi. Requiem eternam dona. añ
A porta inferi erue dñe aĩas eorum. añ Oĩs spũs.
Laudate dñm de celis: laudate eum in excel
sis. Laudate eum oẽs angeli eius: lau

date eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol
et luna: laudate eum omnes stelle et lumen.
Laudate eum celi celorum et aque que super celos
sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta
sunt ipse mandavit et creata sunt. Statuit ea
in eternum et in seculum seculi: preceptum po
suit et non preteribit. Laudate dominum de terra
dracones et omnes abyssi. Ignis grando nix
glacies spiritus procellarum que faciunt verbum
eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera
et omnes cedri. Bestie et universa pecora serpen
tes et omnes volucres pennate. Reges terre et omnes
populi principes et omnes iudices terre. Iuve
nes et virgines senes cum iunioribus laudent
nomen domini: quia exaltatum est nomen eius
solius. Confessio eius super celum et terram:
et exaltavit cornu populi sui. Hymnus om
nibus sanctis eius filijs israel populo appro
pinquanti sibi.

Cantate domino canticum: laus eius in ec
clesia sanctorum. Letetur israel in eo qui
fecit eum: et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro in tympano
et psalterio psallant ei. Quia beneplacitum
est domino in populo suo: et exaltavit mansue
tos in salutem. Exultabunt sancti in gloria:
letabuntur in cubilibus suis. Exultationes
dei in gutture eorum: et gladij ancipites in manibus

bus eorum. Ad faciendam vindictam in natio
nibus: increpationes in populis. Ad alligan
dos reges eorum in compedibus: et nobiles eorum
in manicis ferreis. Ut faciant in eis iudicium
conscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.
Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum
in firmamento virtutis eius. Laudate
eum in virtutibus eius: laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis eius. Lau
date eum in sono tube: laudate eum in psalte
rio et cythara. Laudate eum in tympano et
choro: laudate eum in cordis et organo. Lau
date eum in cymbalis benesonantibus: laudate
eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus lau
det dominum. Requiem eternam dona eis domine. An.
Omnis spiritus laudet dominum. V. Audivi vocem de
celo dicentem. R. Beati mortui qui in domino mori
untur. An. Ego sum resurrectio. Ps.
Benedictus dominus deus israel: quia visitavit
et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit
cornu salutis nobis: in domo David pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo
sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis no
stris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faci
misericordiam cum patribus nostris: et memorari
testamenti sui sancti. Iusiurandum quod
iuravit ad abraham patrem nostrum: daturum se no
bis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum

liberati: seruiamus illi. In sanctitate et ius
ticia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu
puer propheta altissimi vocaberis: preibis enim
ante faciem dñi parare vias eius. Ad dandã
scientiam salutis plebi eius: in remissionem
peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri: in
quibus visitavit nos oriens ex alto. Illu
minare his qui in tenebris et in umbra mor
tis sedent: ad dirigendos pedes in viam pacis.
Requiem eternam. añ. Ego sum resurrectio
et vita qui credit in me etiam si mortuus fue
rit vivet et oĩs qui vivit et credit in me non
morietur in eternum. Pater nr̃. Et ne nos.
De profundis clamavi ad te dñe: domine ex
audi vocem meam. Fiant aures tue inten
tes in vocem deprecationis mee. Si iniquita
tes observaveris dñe: dñe quis sustinebit. Quia
apud te propiciatio est: et propter legem tuam su
stinui te dñe. Sustinuit aĩa mea in verbo eius:
speravit aĩa mea in dño. A custodia matutina
usque ad noctem: speret israel in dño. Quia apud
dñm mĩa: et copiosa apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel: ex oĩbus iniquitatibus eius.
Requiem eternam. ℣. A porta inferi. ℟. Erue
dñe aĩas eorum. Dñe exaudi orationem meam. Et
Deus qui inter apostolicos sacerdotes famu
los tuos pontificali seu sacerdotali fecisti di

gnitate vigere: presta quesumus: vt eorum quoque perpetuo aggregantur consortio. Per dominum nostrum.

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clementiam tuam vt nostre congregationis fratres sorores propinquos et omnes benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt: beata maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis ad perpetue beatitudinis consortium peruenire concedas. Per dominum

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Oratio deuotissima pro fidelibus defunctis in cimiterio inhumanis.

Auete omnes anime fideles quarum corpora hic et vbique requiescunt in puluere: dominus iesus xpistus qui vos et nos redemit suo preciosissimo sanguine dignetur vos a penis liberare: et inter choros suorum sanctorum angelorum collocare: ibique nostri memores suppliciter exorare: ut vobis associemur et vobiscum in celis coronemur. ℣ Non intres in iudicium cum animabus seruorum tuorum domine. ℟ Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Oremus.

Domine iesu xpe salus et liberatio fideli
um aiarum qui non venisti aias perdere
sed saluare et dare aiam tuam in redemptio
nem pro multis: imensam clementiam tuam ac
ineffabilem miam tuam humiliter imploram
vt aias oim fidelium defunctor in penis pur
gatorij cruciatas misericorditer respicere digne
ris: et que iuste pro pctis affliguntur tua beni
gnissima pietate liberentur: subueniatq illis
tua misericordia quas tuo preciosissimo san
guine redemisti. Et per merita beatissime glo
riosissime semperq virginis dei genitricis ma
rie et oim sanctor et sanctarum liberare eas ab
inferor cruciatibus: et collocare inter agmina
sanctor tuor digneris: veste quoq imortalita
tis indui et paradisi amenitate confoueri iubeas.
Qui cum pre et spu sancto viuis et regnas
deus. Per oia secula seculor.

Sequuntur plura suffragia plurimorum
sanctor et sanctarum. Et primo. De
sanctissima trinitate.

Sancta trinitas unus deus miserere nobis.
Te invocamus te adoramus te laudamus
te glorificamus o beata trinitas. ℣. Sit nomen
dñi benedictum ℟. Ex hoc nunc et usq; in secu
Omnipotens sempiterne deus qui
dedisti famulis tuis in confessione vere fi
dei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in po
tentia maiestatis adorare unitatem: qs. ut eius
dem fidei firmitate ab oĩbus semper tueamur
adversis. Per dñm. Orõ ad prem. Añ.
Pater de celis deus miserere nobis. Orõ.
Domine sancte pater omñps eterne deus
qui coequalem consubstantialem: et coeter
num tibi ante omnia secula filium ineffabiliter
genuisti cum quo atq; cum sancto spũ ex te eodẽ
q; filio procedente celum terram atq; omnia que
cumq; existunt visibilia et invisibilia mirabiliter
creasti tibi grãs ago te adoro te laudo te benedico
teq; magnifico. Esto queso propicius michi mi
serrimo peccatori: et ne despicias me opus manuũ
tuarum: sed libera: salva: et adiuva me propter
nomen sctum tuum. Qui tecum.
Oratio ad filium. Añ.
Fili redẽptor mũdi de⁹ miserere nobis. Orõ.
Dñe ihũ xp̃e fili dei vivi qui es verus et õ
nipotens deus splendor et ymago patris et
vita eterna cui est una cum eterno p̃re et spiri

tu sancto equalis honor eadem gloria: coeterna maiestas: una substantia: tibi grãs ago te adoro te laudo te benedico teqꝫ glorifico. Ne me ob scelera perire patiaris: sed salua et adiuua me propter nomen sanctum tuum. Qui tecum.

Oratio ad spũm sanctum. Añ.

Spũs sancte deus: miserere nobis. Oremus

Dñe spũs sancte deus qui coequalis consubstantialis et coeternus pr̃i filioqꝫ existens ab eis ineffabiliter procedens quiqꝫ super eundem dominum nr̃m iesum xp̃m in columbe specie et supra sanctos discipulos suos in linguis igneis descendisti: tibi grãs ago te adoro te laudo te benedico teqꝫ glorifico: Repelle a me queso tenebras totius iniquitatis: et perfice et accende in me lumen misericordie tue et ignem sanctissimi amoris tui. Qui viuis.

De facie domini. Añ.

Salue sancta facies nr̃i redemptoris in qua nitet species diuini splendoris impressa panniculo niuei candoris. dataqꝫ veronice signũ ob amoris. Salue decus seculi speculum sanctorum quod videre cupiunt spũs celorum nos ab omni macula purga viciorum: atqꝫ nos consortio iunge beatorum. Salue nr̃a glã in hac vita dura labili ac fragili cito transitura. Nos perducat superis felix hec figura: ad videndum faciem que est xpĩ pura. Esto nobis quesumus verum adiuua

men dulce refrigerium atq₃ consolamen sic frua
mur requie omnes dicant amen. ℣. Adoramus te
xpe et benedicimus tibi ℟. Quia per sanctam cru
cem tuam redemisti mundum. Oremus.
Deus qui nobis famulis tuis lumine vult⁹
tus signatis ad instantiam veronice ymaginē
sudario impressam relinquere voluisti: per passionē
et crucem tuā tribue q̄s: ut ita nunc in terris per
speculum in enigmate venerari et adorare te ipm
valeamus: ut tunc facie ad faciem super nos iu
dicem securi videamus te xpm dnm nostrum
Amen. De sancto michaele. An.
Michael archangele paradisi preposite veni
in adiutorium populo dei et velis nos defē
dere a potestate inimici et tecum ducere in societa
tem dni. ℣. In conspectu angelorꝫ psallam tibi de⁹
meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum et
confitebor nōi tuo.
Deus qui miro ordine angelorꝫ ministeria
hominumq₃ dispensas concede propicius: ut
quibus tibi ministrantibus in celo semper assisti
tur: ab his in terra vita nr̄a muniatur. Per.
De sancto iohanne baptista. An.
Inter natos mulierum non surrexit maior iohā
ne baptista. ℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui no
men erat iohannes. Oremus.
Presta q̄s omps deus ut familia tua per viā

sanctus incedat et beati iohannis precursoris xpi hornamenta sectando ad eum quē predixit secura perueniat dnm nrm iesum xpm filium tuum. Qui tecum.

De sancto iohanne euangelista. An.

Iohannes apostolus et euangelista virgo electus est a dño atqz inter ceteros magis dilectus. V. Valde honorandus est beatus iohannes. R. Qui supra pectus dñi in cena recubuit. Oremus

Ecclesiam tuam qs dñe benignus illustra: ut beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dnm nrm iesum xpm filium tuū. Qui tecū.

De sanctis petro et paulo. An.

Petrus apostolus et paulus doctor gētium ipsi nos docuerunt legem tuam dñe. V. In om̄em terrā exiuit sonus eorum. R. Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Deus cuius dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit et coapostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propicius et concede: ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Per dnm.

De sancto iacobo. An.

Lux et decus hyspanie o iacobe sanctissime subleuator oppressorum suffragium viatorum

qui inter apostolos primus martyrio laureatus obtines primatum. O singulare presidium tuorum benignus exaudi vota servorum et intercedas pro nostra omniumque salute. ℣ Ora pro nobis beate iacobe ℟ Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus.

Esto domine plebis tue sanctificator et custos ut apostoli tui iacobi munita presidiis et conversatione tibi placeat et secura deserviat. Per dominum. De omnibus apostolis. Antiphona.

Dum steteritis ante reges et presides nolite cogitare qualiter respondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini ℣. In omnem terram exivit sonus eorum ℟ Et in fines orbis terre verba eorum. Oremus.

Concede quesumus omnipotens deus: ut sicut apostolorum tuorum N. et N. iugiter commemorationem agimus: sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam ipsi pro nobis exorent. Per dominum nostrum.

De sancto stephano. Antiphona.

Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia et signa magna in populo ℣ Iustus germinabit sicut lilium ℟ Et florebit in eternum ante dominum. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui primitias martyrum in beati levite stephani sanguine dedicasti: tribue quesumus: ut pro nobis intercessor ex

stat qui pro suis etiam persecutoribus exorauit
dnm nostrum ihm xpm filium tuu. qui tecu
viuit et c. De sancto laurentio. An.
Leuita laurentius bonu opus operatus est qui
per signum crucis cecos illuminauit. V. Disper
sit dedit pauperibus. R. Iusticia eius manet in secu
lum seculi. Oremus.
Da nobis quesumus omps deus viciorum
nostrorum flamas extinguere: qui beato lau
rentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum ince
dia superare. Per. De sancto cristoforo. An.
Sancte christofore martyr dei preciose rogo te
per nomen christi creatoris tui et per illud preco
giatum quod tibi contulit quando nomen suum
tibi soli imposuit te deprecor in noie patris et filii et spi
ritus sancti: et per gratiam qua accepisti ut erga deu
et sanctam eius genitricem michi famulo tuo .N.
sis propicius peccatori: quatinus tuo pio inter
uentu facias me vincere oes qui cogitant michi
mala: et per illud leue onus quod est xpus quod
transmarinum flumen in humeris tuis felici
ter portare meruisti: alleuiare digneris presentes
meas angustias paupertates tribulationes ma
las et peruersas machinationes conspirationes
mandata falsa testimonia occulta siue aper
ta consilia et alia que contra honorem meum
cogitando uel conspirando veritatis emuli mi

chi seruo tuo inferre conantur ut vita comite
et saluo honore tecum gaudere valeam in secu
la seculorum. V. Ora pro nobis beate christopho
re. R. Ut digni efficiamur promissionibus christi.
Deus qui beatum christoforum Oratio.
martyrum tuum virtute constantie in
passione roborasti: quique unitum tuum dominum
nostrum iesum christum in suis humeris mirabili
ter portari voluisti: concede propicius: ut qui
eius commemorationem agimus ipsius meritis
ad regna celestia peruenire feliciter merea
mur. Per. De sancto sebastiano. Antiphona.
O quam mira refulsit gratia sebastianus mar
tyr inclitus qui militis portans insignia: sed
de fratrum palma solicitus corda trementia
verbo sibi collato celitus. V. Ora pro nobis
beate martyr sebastiane. R. Ut mereamur
pestem epidimie illesi pertransire et promissio
nem christi obtinere. Oremus.
Deus qui beatum sebastianum martyrem
tuum in tua fide et dilectione tam arden
ter solidasti ut nullis carnalibus blandimen
tis nullis tyrannorum minis nullisque carnificum
gladiis siue sagittis a tua cultura potuit re
uocari: da nobis miseris peccatoribus dignis eius
meritis et intercessionibus in tribulatione
auxilium in persecutione solatium: et in omni

tempore contra pestem epydimie remedium:
quatinus possimus contra omēs dyabolicas
insidias viriliter dimicare: mundum et ea
que in eo sunt despicere et nulla eius adver
sa formidare: ut ea que te inspirante deside
ramus valeamus obtinere. Per dñm.

De pluribus martyribus. An.

Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hominū
contempserunt. sancti martyres in regnum ce
lor exultent cum angelis. O q̄ preciosa est
mors sanctor qui assidue assistunt ante dñm
et abinuicem non sunt separati. ℣. Exultent
iusti in conspectu dei. ℟. Et delectentur ī leticia.

Orō.

Deus qui nos concedis sanctor mar
tyrum tuor. N. et. N. suffragijs adiuvari: da
nobis in eterna beatitudine de eor societate gau
dere. Per.

De sancto nicolao. An.

Amicus dei nicolaus pontificali decoratus in
fula oībus se amabilem exhibuit. ℣. Ora p
nobis bte nicolae. ℟. Ut digni efficiamur
pmissionibus xpi. Oremus.

Deus qui beatum nicolaum pontificem
tuum innumeris decorasti miraculis: tri
bue nobis quesum⁹: ut eius meritis et precib⁹
a gehenne incendijs liberemur. Per dñm.

De sancto claudio. An.

O desolatorum consolator. captivorum

liberator. resurrectio mortuorum. lumen cecorum. auditus surdorum. mutorum eloquium. tutor naufragantium. impotentium et languidorum sanator. medicine refugium. via errantium. salus omnium in te sperantium. Beate claudi benigne confessor dei ora deum pro nobis qui te tot et tantis illustrauit suffragiis. nam pro tua sanctissima vita quam tam pie et deuote gessisti in hac valle miserie vana huius seculi spernendo et celestia sectando pro tuis meritis ad superna polorum gaudia te prim collocauit et innumeris decorauit miraculis beate claudi gloriose confessor dei implora apud deum pro nobis auxilium. ℣ Ora pro nobis beate claudi. ℟ Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oremus

Deus qui beato claudio glorioso confessori tuo atque pontifici tantam gratiam et beatitudinem conferre dignatus es quod per illam fere totus orbis christianorum pro suis necessitatibus ad ipsum affluit: et quicumque eum pie ac deuote quesierit desolatus non remanebit: da nobis quesumus domine iusta desideria postulare ut que iuste postulauerimus suis meritis et intercessionibus a pud te iugiter valeamus obtinere. Per dominum.

De sancto anthonio. An.

Anthoni pastor inclite qui cruciatos reficis morbos sanas et destruis ignis calorem extinguis

pie pater ad dñm ora pro nobis miseris. versus
Ora pro nobis beate pater anthoni. ℟. Ut di
gni efficiamur promissionibus xpi. Oro.
Deus qui concedis obtentu beati anthonii
confessoris tui morbidum igniem extingui
et membris egris refrigeria prestari: fac nos
quesumus ipsius meritis et precibus ad gehen
ne incendiis liberatos integros mente et cor
pore tibi feliciter in gloria presentari. Per do.
De sancta anna an
Celeste beneficium introiuit in annam per
quam nobis nata est maria virgo. ℣. Ora
pro nobis beata anna. ℟. Ut digni efficia
mur promissionibus xpi. Oremus.
Deus qui btē anne tantā grām donare
dignatus es: ut beatissimam matrem tuam
in suo gloriosissimo utero portare meruit:
da nobis per intercessionem matris et filie
tue propiciationis abundantiam: ut quarum
cōmemorationem pio amore amplectimur ea
rum precibus ad celestem patriam peruenire
valeamus. Per do. De scā ma. magdalena.
Maria ergo unxit pedes iesu et extersit ca
pillis suis: et domus impleta est ex odore un
guenti. ℣. Dimissa sunt ei peccata multa.
℟. Qm̄ dilexit multum. Oremus.
Largire nobis clementissime pater quia
sicut beata maria magdalena dñm no

strum super omnia diligendo suoꝝ obtinuit
veniam peccaminum: ita nobis apud tuam
misericordiam sempiternam impetret bea
titudinem. Per do. De sancta katherina.
Virgo sancta katherina grecie gēma vr
be alexandrina costi regis erat filia. ℣ Dif
fusa est grā in labijs tuis ℟ Propterea
benedixit te deus in eternum. Oremus.
Deus qui dedisti legem moysi in sūmita
te montis synay: et in eodem loco corpus
beate katherine virginis et martyris tue per
sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti:
tribue quesumus: ut eius meritis et intercessi
one ad montē qui xp̄s est valeamus perue
nire. Per dn̄m. De sancta margareta. An̄.
Virgo gloriosa xp̄i margareta v̄ginum
gēma preciosissima virtute supernorum cla
ra: audi preces nostras coram te fusas fac
nos iungi eternali choro: precibus ergo tuis
calamitatibus nostris quibus vndiqꝫ pre
mimur. ℣ Ora pro nobis beata margareta.
℟ Ut digni efficiamur promissionib' xp̄i.
Deus qui beatam margaretam Oro.
virginem tuam ad celos per martyrii
palmam peruenire fecisti: concede quesumus:
vt eius exempla sectantes ad te venire mere
amur. Per do. De sancta barbara. An.
Gaude barbara beata sūme pollens in doc

trina angeli misterio. Gaude virgo deo grata
que baptistam imitata es in vite stadio. Gau
de cum te visitauit xpius vita et curauit plagas
actu proprio. Gaude quia meruisti impetrare
quod petisti dante dei filio. Gaude nanque
eleuata es in celo et delata nobili martyrio.
Te laudentem familiam trahe post te ad
gloriam finito exilio. V. Ora pro nobis be
ata barbara. R. Ut digni efficiamur pro
missionibus xpi. Oremus.
Intercessio nos quesumus domine beate bar
bare virginis et martyris tue ab omni ad
uersitate nos protegat: ut per eius interuentum
gloriosissimum sacrosancti corporis et san
guinis domini nostri iesu xpi sacramentum ante
diem exitus nostri per veram penitentiam et
puram confessionem percipere mereamur.
Qui tecum vi. De sancta apolonia. An.
Beata apolonia graue tormentum pro domino
sustinuit; primo tyranni extraxerunt dentes
eius cum malleis ferreis: et cum esset in illo
tormento orauit ad dominum iesum xpm ut qui
cunque nomen suum deuote inuocaret malum
in dentibus suis non sentiret. V. Ora pro no
bis beata apolonia. R. Ut digni efficiamur
promissionibus xpi. Oremus.
Omnipotens sempiterne deus qui
beatam apoloniam virginem et mar

tyrem tuam de manibus inimicorum suorum libera
sti et eius orationem exaudisti: te queso per inter
cessionem eius et beati laurentii martyris tui
simulque omnium sanctorum et sanctarum ut dolo
rem a dentibus meis expellas sanum et inco
lumem meipsum efficias: ut tibi gratiarum actio
nes referre valeam in eternum. Per dominum
Sensuyuent plusieurs devotes louanges peti
cions: oraisons: et requestes qui a toutes persone
ayant entendement sont necessaires a dire a no
stre seigneur iesuchrist. Premierement tu
diras au matin quant tu te leveras de ton
lict. Antiphona
In matutinis domine meditabor in te quia fui
sti adiutor meus. Oremus.
Gratias tibi ago domine omnipotens eterne deus qui
qui me in hac nocte non meis meritis sed
tua sancta misericordia custodire dignatus
es: concede michi diem istum in tuo sancto
servitio ita peragere ut tibi placeat obsequium
servitutis mee. Qui vivis et regnas deus
Quant tu ystras hors de ta maison
Vias tuas domine demonstra michi et semitas
tuas edoce me. Gressus meos dirige secundum
eloquium tuum ut non dominetur mei omnis
iniusticia. Dirige gressus meos in semitis
tuis ut non moveantur vestigia mea
Quant tu prendras de leaue benoicte. Versus.

Asperges me dñe ysopo et mundabor: lauabis
me: et super niuẽ dealbabor. Miserere mei de⁹
secundũ magnã miam tuam. Glĩa pr̃i et fi
lio: et spiritui sancto. Asperges me dñe.

Quant tu seras deuant le crucifix

Salua nos xp̃e saluator per vtutem sancte
crucis qui saluasti petrum in mari miserere
nobis. ℣ Omnis terra adoret te deus et psal
lat tibi ℟ Psalmum dicat nomini tuo.

Crucem tuam adoramus et venera
mur dñe iesu xp̃e et per ipsam clemẽtiam
tuam humiliter imploramus: ut nobis pec
catoribus misereri et parcere digneris qui pro
nobis dignatus es nasci de virgine maria. P.

Quant le prestre se retorne. Dy.

Spũs sancti grã illustret et illuminet cor tuũ
et labia tua: et accipiat dñs hoc sacrificium
de manibus tuis dignũ pro peccatis et offen
sionibus nostris.

A leleuation du corps nostre seigneur.

Anima xp̃i sanctifica me: corpus xp̃i salua
me: sanguis xp̃i inebria me: aqua lateris
xp̃i laua me: passio xp̃i conforta me: sudor
vultus xp̃i virtuosissimi sana me. O bone
iesu exaudi me: et ne permittas me separari
a te. ab hoste maligno defende me: in hora
mortis voca me: et pone me iuxta te ut cum
angelis et sanctis tuis laudem te dominum

saluatorem meum in secula seculoꝝ. Amen.

Quant on lieue le calice dy.

Ave vere sanguis domini nostri iesu xpi
qui de latere eius cum aqua fluxisti:
tu michi sis consilium protectio atque defen
sio corporis et aīe in presenti vita et in futu
ro seculo per infinita seculoꝝ secula. Amen.
Salue sancta caro dei per quam salui fiunt
rei seruos tuos redemisti dum in cruce pepē
disti quando mortē occidisti. Unda que de
te manauit a peccato nos mundauit quod
patrauit primus homo inobediens de pomo.
Sancta caro tu me munda sanguis et be
nigna unda laua me ab omni sorde et ab
infernali morte. Per tuā benignitatem cō
fer michi sanitatem et sanctā prosperitatem.
Frange meos inimicos fac eos michi amicos
et superbiam illoꝝ destrue rex angeloꝝ. Tu
quis es salutis portus presta michi amicos
et superbiam illoꝝ destrue rex angeloꝝ.
Tu quis es salutis portus presta michi
tuum corpus in exitu mee mortis. Libera
me deus fortis a leone rugiente draconeque
furiente. Da michi fidem uictoꝝ qui re
gnas in secula seculoꝝ. Amen.

Pape boniface a donne a tous ceulx qui di
ront deuotement ceste oraison q̄ sensuit entre lele
uation du corp' dnī et dernier agn' dei deux mille

ans de vray pardon.
Domine iesu xpe qui hanc sacratissima
carnem et preciosum sanguinem de glori
osissime virginis marie utero assumpsisti et eũ
dem sanguinem de sacratissimo latere tuo in
ara crucis pro salute nr̃a effudisti: et in hac
gloriosa carne a mortuis resurrexisti et ad ce
los ascendisti cum eodem sacratissimo corpore
tuo: et iterum venturus es iudicare vivos et
mortuos in eadem carne: libera nos per hoc sa
cratissimum corpus tuum quod modo in alta
ri per manus sacerdotis tractatur ab oĩbus
immundiciis mentis et corporis et ab univer
sis malis et periculis preteritis presentibus
et futuris. Qui vivis. Quãt on prie la paix.
Da pacem dñe in diebus nostris quia non
est alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus
noster. Quant on veult recepuoir le corps de dieu.
Domine non sum dignus ut intres sub
tectum meum sed tu dñe qui dixisti q
manducat meã carnem et bibit meũ san
guinem in me manet et ego in eo: propici
esto michi peccatori per sumptionem corpo
ris et sanguinis tui et presta: ut non ad iu
dicium damnationis illud sumam: sed tua
misericordia preveniente in salutem et re
missionem peccator meorum. Qui vivis.

Perceptio corporis et sanguinis tui omnipotens deus non veniat michi ad iudiciū neqz ad condemnationem: sed sit omnium peccatorum in cor optata remissio: aīe et corporis mei pia gubernatio et potens ad vitam presentem et eternam introductio. Per dnm.

Contre la tempeste.

A domo tua dñe spirituales nequitie repellātur et aeriarum discedat malignitas tempestatum. Per do.

Pour le roy.

Deus regnorum et christiani maxime protector imperii: da servo tuo regi nr̃o de hoste triumphum: ut qui tua providentia extitit consecratus tuo semper munimine potens sit et securus. Per.

Pour impetrer grace des pechez.

Exaudi qs dñe supplicum preces et confitentium tibi parce peccatis ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per.

Contre les mauvaises pensees.

